CRISIS
APOLOGETICA
Historica ac Moralis,
DE
Morte & fama posthuma
IOANNIS
DVNSII SCOTI
FRANCISCANI,
DOCTORIS SVBTILIS,
Principis, ac Coryphæi universalis Scholæ Franciscanæ, Defensoris Immaculatæ Conceptionis V. MARIÆ acerrimi.

Labore atque studio

R. P. Fris BASILIJ RYCHLEWICZ
S. Th: Doct: Patrũ Provinciæ Poloniæ, Ord: Mini Convent: S. FRANCISCI *ex Italico, Latio idiomate translata, & multũ in locũ aucta.*

Cum licentia Superiorum.

CRACOVIÆ
Typis Nicolai Alexandri Schedel S. R. M. Ordinar: Typogr: Anno D. 1706.

PROLOQVIVM Auctoris AD LECTOREM.

Colonia Aggripina primum Phœnicem sapientiæ immortalem SVBTILISSIMVM DOCTOREM SCOTVM, *primò sua patria coluit, mox ineunte ætate, inter domesticos oraculum, inter extraneos miraculum factus, plausus populi, vox ex tuba Ecclesiæ de deserto disertus, verus* IOANNIS *Antagonista, solis lucifer, luciferi vesper, cum empyreo commercia nexuit terrena cælestibus, humana Divinis copulavit, alter Enos docuit homines cum Deo loqui, interprete ac sequestre vocabulo, hominum authorem, hominibus studio authoravit, rudes instruxit, devios reduxit, peccantes increpuit, indociles docuit, prudens puer, sapientissimus vir mâjora scivit, quàm didicerit, plura didicit quàm quæsiêrit, plurima retulit, quàm obtulerit, & meritò sapiens, sapientiæ sapientumque Phœnix, in juventute maturior, in adolescentia promptior Minorum Francisci se abdidit cineribus, ut mundum cohiberat immundum prostituit, ut mundum mundus ornaret, spiritualibus divi-*

na condidit, sublimibus angelica inclusit, amorem Matris inquirens dictatrice Maria Divina scripsit oracula. Matrem sibi reperit quâ interprete implicitas lites momento explicuit. Cùm quidquam diceret oraculum esset, hæc regia fama sapientiæ regum scientissimum scientiarum regem, regni immortalis sapientiæ Phænicem incorruptibilem famulum suum erudivit Tantum *ingenium in juvene senum, fructus uberes virtutum protulit, ut meritò nomine suo gratiam spirans multiforme se prodiderit formamentum, hæreticorum in angustiis augustus malleus, incipientium lucerna, controvertentium sphæra, quoties solicitatus, toties prodidit laborem in disciplina coronam in studio reperit.* Ingruentes *Andabatarum vexas, impugnationes hæresum, cavillationes ac stultiloquia Begardorum refutans.* Matth: Ferchius in vita Scoti cap: 7 num: 27. *ad tantos errores confutandos & corrigendos ductorem se ductrice sapientiâ protulit, motivo non alio, tantùm ut Divino afflatus* Entheo, *cælestia alienos doceret sapere spiritus. Verbo dicam Scotus, sapiens, continens, orator, Theologus, viatorum transitus, gratijs dives, locuplesque meritis, velut cælum stellis omni virtutum ornatus genere, Qui subtilitatis spiritum in speculativis sapientia præ alijs communicavit Ioanni* Scoto, *vulgo vocatur* DOCTOR SVBTILIS *à* Scaligero *lima veritatis, ab alijs, cos ingeniorum,*

subti-

subtilitatū miraculum, Seraphicæ Religionū culmen à Cornelio à Lap: Soc: Iesu in cap: 7. sap: *altiùs Scoto nemo, vel doctiùs uno dogmata sacra docet.* Pr. Nicolaus Audek Ord: Carmelit: in sacris poematibus. *Nemo est qui nesciat Scotum esse cotem & limam Theologiæ ac Philosophiæ, quæ in scholis ac eruditis disputationibus triumphare consvevit.* Pr. Leonardi Lessius Soc: Iesu. *Si fas est homini Deum teneri, Scoto Religio, Deusque debent.* Ioannes Baptista Mantuanus in fastis. *Scotus præ altitudine & subtilitate doctrinæ anthonomasticè nomen Doctoris subtilis in scholis obtinuit.* Ioannes de Ragusio Ord: Prædicat: in oratione ad Patres Concilij Basiliani. *Scoti laus quanta sit in Ecclesia & meritò, soli prava mente affecti non conspiciunt.* P. Ambrosius Catharinus Ord: Prædicat: in disput: de Concilio ad Concilij Trident: *Scotus velut sol lucidissimum inter radiantia sydera astrum, acerrimo ingenij acumine, subtilitate ac profunditate abdita ac reconditæ doctrinæ præ cæteris omnibus subtilissimus Doctor corruscat.* Constantinus Sarnanus S. R. E. Cardinalis in Epist: præliminari operum Antonij Andreo. *Sacræ Inquisitionis Generalis Tribunalis ante annum 1620 præcepit doctrinarum & librorum censoribus, ut quidquid Scoti esset intactum inviolatumque permitterent. Pauli V Papæ jussu.* Cardina-

 lis

lis Asculanus citatus à Cave cap. 5. præfatum decretum hoc sacræ Congregationis emanatum Anno D. 1612. habet in Prothocolo archivij Romanæ inquisitionis p oindè ejus libri absque errorum nævo, usque in hanc diem trecentos circiter in annos in Oecumenicis concilijs inviolati permanserint. Sciant omnes SCOTUM ne latum unguem à vera Catholica fide unquā discessisse, aut in minimo puncto de ea dubitasset sed semper strenuum ac acerrimum ejus defensorem contra hæreticam pravitatem extitisse, contra hæreticos inquam omnes, & specialiter contra Impanatores, quorum Antesignanus fuit Berengarius; Ioannes Bosco Ord: Min: in Academ: Lovaniensi S. Theol: professor disp: 4. de Euch: sect: 4. concl: 2. pag: 128. concludit. *Hic stringo calamum non scribendi ardore, sed sincero animo, & discreto zelo justitiæ utique, ac pietatis lege, vindicandi Doctorem subtilem SCOTUM, Magistrum meum ac invictissimum Theologorum Principem, vindicandi inquam à sententijs, calumnijs, imposturis, quæ falsò ei imponuntur ab adversarijs quorum infinitus penè est numerus. Nam etsi scriptum sit:* Sagittæ parvulorū factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. psalm: 63. v. 2. *placuit tamen eis in faciem resistere, siquidem in hoc Religionis candor non inficitur, nec morum integritas violatur, cùm Apost:* ad Galatas; 2;

v. 11.

v. 11. *sibi laudi vertat hæc verba:* Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. *Sanè reprehensibiles sunt, qui in Scotum (quem fortè nunquam vel à limine salutârunt, vel propriis oculis inspexerunt, vel manibus tractarunt) invehuntur, cùm ferè omnia Scoti ex D. Augustino sint hausta. Equidem in solis quatuor libris senteniiarum nonaginta & quinque sententias Sanctissimi Patris tuetur.* Ioannes Bosco ad Lectorem. *Nemo ergo miretur, si inhærentes vestigiis nostri Doctoris subtilis, frequentiùs verba sanctissimi ac doctissimi Præsulis recitemus: verba inquam prorsus invariata, non aliena, sed propriis oculis inspecta. De quo sanctissimo ac doctissimo Præsule extat hoc elogium* ab ore Martini Papæ V. serm de Translatione S Monicæ emanatum, *si veritatē quæritis, si doctrinā, si sapientiam, si pietatē, quis doctior quis justior, quis ut ita dicam sanctior Augustino? Quo igitur titulo, jure, respectu, ac motivo Doctor subtilis reprehensibilis nuncupatur, atque refutatur, qui ex majori parte solidam ex D. Augustino hausit sanam doctrinam, utpotè ab eo, qui omnium Patrum, sapientumque ingenia ac studia exhibet. Non ergo reprehensibilis Scotus, cujus nulla scientiarum omnium difficultas ingenium evasit, quam non peruaserit acumine, nulla earundem disciplina, quam Oxoniensibus scriptis non tetigerit,*

ut cæteras doctrinas Theologicæ sapientiæ ostenderet ancillari. Sed mirum quòd tot dicterijs, calumnijs, imposturis impetita semper fuit Scoti doctrina, quam inoffenso pede, ut de libris Hilarij scripsit Hieronymus lib, de script: Eccl: *recipi posse ostendunt* Concilia Generalia, Florentinum, Lateranense quintum & Tridentinum. *quæ nec minimè in fide erroris reum* Scotum *duxerunt, nec ex ejus operibus aliquid expurgandum judicârunt, cùm acurratam alioquin maximè* Tridentini Patres *adhibuerint diligentiam in librorum examine doctrinisque expurgandis. Scotum hic culpat tenebris involutum, hic in scribendo inordinatum, iste in inquirendo audacem; apud hunc temerarius auditur, apud illum barbarizans traducitur; taxatur ut mancus; tanquam mordax sugillatur, & eò processit aliquorũ amantia, aut potiùs livor, ut eum cum hæreticis sensisse semipelagianumq; fuisse non dubitaverint. Hæc de Scoto scribunt, proinde reprehensibiles ipsi, ut plurimùm, qui SCOTI textum minimè viderunt, sed relatum ab ijs, qui non æquo oculo illum legerint, & curta fide retulerint, exceperunt. Scoticæ doctrinæ accidit, quod arti sacrarum scripturarum conqueritur Hieronymus. Hanc vniversi præsumunt, lacerant antequam discant. Scoto imponunt quod Scoti non est, & ipsum, ut feriant, hostem fingunt. Difficilem ejus intelligentiam probrè vertunt,*

tene-

tenebrosum inclamantes, at non advertunt no-ctuas in tenebris oculatas in lumine cacutire, visumque ineptum reddi aquè per intensissimum solis splendorem ac per densissimas noctis caligines, Scoticæ proinde lucis sibi inaccesse fulgorem, quem ferre non possunt, tenebriones ipsi, ut tenebrosum incusant Hæc Carolus Franciscus de Valesio Ordinis Min. Provin: Reformatæ Pater, ac in familia Cismontana Minorū Observ: & Refor: Commissarius Generalis ad summum Pontif: Innoc: XI. *Et quod majus est, etiam post mortem ei non parcendo, Apoplexiâ corruptum festinanter humatum publicârunt, quasi in tumulo natura vim morbi excutiente, Scotus revixit, & mugitu miserabili opem imploravit. Cùm verò nemo esset qui subveniret, capite ad lapidem alliso, tandem perijt Sunt tamen qui scribunt & imprimis* Crinitus *eum à discipulis, qui in mortem ejus conspirârunt graphijs confossum esse, sed fallit eos & decipit falsa imaginatio, laborant maximè in nominis aquivoco, de Ioanne Scoto Erigena Monacho non levis est controuersia, dum multi ejus doctrinam, & sanctitatem adstruunt, alij impugnant. Hincmarus Rhemensis* in lib de Prædestinatione cap: 3. *ipsi ac Prudentio Tricassino errorem attribuit de sacramento Eucharistiæ, quòd in eo tantùm esset memoria Corporis CHristi, non ipsummet verum Corpus, & quòd damnati tantùm recordatione peccatorum*

torque-

torquerentur, *qui fuit error Prædestinatianorum*, *quo sibi aditum facilem parabant ad existimandum reprobros nulla gratia adjuvari*, & *pro ipsis CHristum non fuisse mortuum*. *Magis addit Genebrardus* in Liturgiam D. Dionysij *Gallico idiomate*, *affirmans ipsum dum pueros in Anglia doceret ipsorum graffijs confossum fuisse ac occisum*, *quòd errore sacramentariorum eos vellet imbuere*, & *liber ejus de sacramento altaris in Catalogo librorum prohibitorum Concilij Tridenti positus* & *postea in totum à Clemente VIII. damnatus est*. *Non enim visum est tolerari posse librum qui ex professo hæresim doceret*. *Nec aliunde Berengarius existimatur virus hæresis hausisse quàm ex hoc libro*, *quem propterea tanquam authorem sui erroris in ignem conijcere coactus est in Concilio Romano sub Nicolao II. anno 1059*, *ut testatur Lanfrancus cap*. 1. *Cur autem Ioannes Scotus ante Berengarium de hac opinione infamatus non fuit*, *causa est*, *quod ut hæresim occultaret*, *librum illum de corpore* & *sangvine CHristi evulgaverat sub alio nomine Bertrami scilicet senioris presbyteri probatæ fidei* & *bonæ famæ*, *ne ipse hæresis author haberetur*, & *nomen libro suo faceret quem sub Carolo Calvo Imper*: *edidit*, *ut existimat Illustrissimus Archiepiscopus Tolosanus*, *Petrus Marca literario orbi clarissimus* in epist: ad Lucam Dacherium *præfixa ejus* Spicilegij tomo

2.

2. *Secernuntur ergo hi duo Scoti cognomine, nam Benedictinus Ærigena, Franciscanus cognominatur Dunsius. Ærigena sub anno 88. Dunsius* 1308 *claruit. Ærigena Oxoniensis Academiæ ab Aelfredo rege Angliæ vel instauratæ, vel restauratæ lector primus fuit, Dunsius ibidem legit, sub Edvardo I. Angliæ rege teste Volaterrano* lib: 3. Giegraph: cap: vlt *Ærigena Græcæ peritus latinam fecit B Dionysij Hierarchiam, ob quam à Nicolao Papa ejus nominis primo reprehenditur apud Carolum Cæsarem* secundùm Ioannem Pitseum de Illustribus Angliæ scriptoribus anno 884. *&* Baronium anno 878. n: *62. Dunsius autem ne Græcè quidem noverat. Ærigena in Anglia Conventu Malmesberiensi discipulorum quos objurgaverat severiùs gladijs seu ferreis stylis occisus & secundùm Cassianum peremptus est Dunsius Colonia Aggripinæ spontaneo morbo obijt. Ærigena libros de mysterio Eucharistiæ Synodus Vercellensis sub Leone IX. damnavit juxta Philipp: Bergom:* ad annum 1051 *Bellarm:* contr: tomo 3. lib: 1. cap: 1. de Eucharistia. *Dunsij nihil hactenus, aut à summis Pontificibus, aut à Concilijs Oecumenicis, vel Provincialibus est rejectum, annotante Antonio Possevino* apparatu sacro de Ioanne Duns & *Bartholuccio* in Apologia Scoti syllabo præfixa *de Ærigena legantur Ioannes Pitseus. Thomas Dempster in libro inscripto.* Asserti

Scotiæ

Scotiæ cives, *maximè in Apologia Matthæi Veglensis pro Scoto. Hic ergo notus Ioannes Dunsius Scotus Doctor subtilis, à cæteris eadem voce non cognomine indicatis discerni potest. Referam quæ Dominicus Gravina eminentissimi Dominicani Ordinis jubar,* in præscriptionibus Cathol: lib: 1. pag: 188. colum 4. *tradit.* Edvardus (*inquit*) Angliæ Rex Henrici VIII. sangvine & errore heres, Collegia universitatesque evertit, & scholasticos incusans, eorum libros undique collectos ex bibliothecis feretro impositos rogo consumpsit, clamantibus adolescentulis, funus Scoti & Scotistarū. *O rabiem truculentam; in omnes quidem Theologos, sed in Scotum speciatim, exertam ceu invisum atrocius. Luculenta sane Scotistis occasio, quò districtu doctrinæ subtilissimæ pungentissimis mucronibus perversam hæreticorū trucident malitiam, & fideles splendore illustratos ad perditorum libros, velut zizania in fasciculos colligata, justiore igne concremandos impellant. Ab his ergo similibus nugis, & imposturis, injurijs, calumnijsque nostrum subtilem Doctorem, utpote integerrimæ vitæ expurgare volentes, acutissimum ad propugnandum & defendendum ejus honorem apprehendimus calamum, desiderantes obnixè operari id, quod operatus est celeberrimus Oratorum Cicero pro suo Cajo Papirio ejus verba in defensionem Doctoris subtilis allegando:* Pro cuius fama

gloria

gloria, memoria, non secùs ac pro patriis ac delubris propugnandum putârim, ac si pro illius laude mihi arma suscipienda essent, non minùs strenuè libenter caperem, quàm ille pro communi salute cæpit. *Et nos igitur, utpotè maximè notæ famæ, per universum literarium Orbem clarissimi subtilis Doctoris, quamvis indigni & impares discipuli, stringamus calami mucronati gladium, in bonam famam ejus, atque virtutum heroicarum in manifestationem, in defensionem rectitudinis, in honorem illibitatæ ejus doctrinæ, vitæ, & sanctitatis; in obsequium S. R. Ecclesiæ, & solatium decoremque Franciscanæ Religionis & totius Ordinis Seraphici.*

CON-

CONSENSVS.
A. R. P. VALERIANI
SZEMBEK

S. T. Doct. Ministri Provincialis, & Commißarij Generalis, Provin. Polon. atq; partis Silesiæ, Prußiæ, Ord: Minor: Conventualium S. FRANCISCI.

CRISIM APOLOGETICAM, Historicam, ac Moralem de morte ac fama posthuma Doctoris Subtilis ab A. R. Patre Magistro BASILIO RYCHLEWICZ, Patre Provinciæ nostræ Polonæ elaboratam, prævia Censurâ A. R. P. Magistri ADRIANI SKRZETVSKI Patris Provinciæ, Gvardiani Cracoviensis, & A. R. P. Magistri STEPHANI OPATKOWSKI Custodis Cracoviensis, publicæ luci per typum donandam, præsentium virtute, & officij authoritate concedimus, servatis servandis. In fidem Datum in Conventu Nostro S. ANTONII Posnaniæ die 26 Septembris. Anno Domini 1706.

Fr. VALERIANVS SZEMBEK Min. Provin. Commißarius Generalis M. C.

(Locus ✠ Sigilli.) *mp.*

Fr. Valentinus Pruski Secretarius Aßistens Provincialis. mp.

CENSVRÆ
Theologorum Ordinis Minorum Conventualium S. FRANCISCI.

EX Commissione A R. P. Magistri VALERIANI SZEMBEK Ministri Provincialis & Commissarij Generalis, CRISIM APOLOGETICAM Historicam ac Moralem de morte & fama posthuma Doctoris Subtilis V. Servi DEI IOANNIS DVNS SCOTI, ab A. R. P. Magistro BASILIO RYCHLEWICZ P. Provinciæ emerito, ex authenticis scriptoribus & Chronologis deprompta firmioribus rationibus eruditè adjectis roboratam, legi: cùmq; justo zelo honoris Magistri Scholæ nostræ, livorem acrioris calami solidà modestâq; Authoris eximij enervandum spero pennâ ut non solùm amatoribus discipulis sequacibusq; doctrinæ subtilis de veritate constet, sed toti mundo Immaculatæ Conceptionis Virginis & Matris MARIÆ Defensoris munda vita morsq; ab omni pateat cavilla, Zoilorumq; prurientes usq; tandem illuminentur genij & oculi, luci publicæ typo dandum (salvo ad quod jure spectat judicio) censeo Datum in Convent. Cracovien. Sancti FRANCISCI 12 9bris 1706

Fr. ADRIANVS SKRZETVSKI Pr. Provin. Gvar. Convent. Minor. Conventualium S. FRANCISCI.

CENSVRÆ.

EX mandato A. R. Patris Magistri VALERIANI SZEMBEK Ministri Provincialis, & Commissarij Generalis. Librum cui titulus CRISIS APOLOGETICA Historica ac Moralis de morte & fama posthuma Doctoris Subtilis V. Servi DEI JOANNIS DUNS SCOTI, ab A R P.M. BASILIO RYCHLEW CZ Pre Provinciæ meritissimo congestū legi animo reverenti, tanquam opus litum multis luminibus ingenij, rationum, valoreq; authenticorum testimoniorum firmatum, quod cùm lemurales larvas, quas cavillosæ mentes Zoilorum glorioso tumulo JOANNIS SCOTI fabulosè ingesserant, dissipet, lyttasq; invidorum enecet, nihilq; prorsus contrarium moribus bonis & assertis Ecclesiæ contineat, dignum esse censeo, ut in lucem publicam prodeat, si eorum judicio ad quos de jure spectat videbitur. In quorū fidem Dat. in Conventu Cracovi S FRANCISCI Min. Convent. die 12 Novemb. 1706

Fr. Stephanus Opa'k wski Custos Cra ov. O. M. C. S. Francisci.

Eiusdem ad Operis Authorem EPIGRAMMA.

Esse Deus puram dat Matri, SCOTVS haberi
Forma esse, est Christi Fama, IOANNIS opus.
Est SCOTVS scutumq; Panoplia Præco MARIÆ
Cur tumulum Magni, Zoile dente secas.
Rychlevius SCOTO scutumq;, Panoplia, vindex.
Optimus, Invidiæ spicula sæva fugat.
Mendacem Iovius rodat post secula lingvam,
Et rabido discat, sanctius ore loqui

Appro-

Approbatio Ordinarij

EGo M. PETRVS PRACZLEWIC S. Theologiæ in Vniversitate Cracoviensi Doctor & Professor, Canonicus Cathedralis Cracoviensis, & in eadem Diœcesi Ordinarius Librorum Censor. CRISIM APOLOGETICAM, labores, doctrinam, merita, & præsertim żelosissimam Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ Virginis MARIÆ defensionem, Venerabilis DVNSII SCOTI Franciscani, Doctoris Subtilis, ac Principis eiusdem Scholæ in se continentem, & per Religiosissimum ac Admodum Reverendum Patrem BASILIVM RYCHLEWICZ in Ordine Minorum Conventualium S. Theologiæ Doctorem, latino idiomate, ex Italico, dignè expositam; legi, quæ cum præstantium in Ecclasia Dei virorum, autoritatibus, & testimoniis eruditis, vitam, mortem, & famam posthumam summè laudabilem eiusdem Doctoris ostendat, ut propter Honorem tanti Magistri, ac eius Discipulorum, publico prælo excudatur: dignam approbavi. Datum in Maiori Collegio eiusdem Vniversitatis, die 10 Septembris, Anno Domini 1706.

PROTESTATIO AVCTORIS

Cùm felic. record. Vrbanus Papa VIII. die 13 Martij Anno 1625. in Sacr. Congregat. S. Romanæ & Vniversalis Inquisitionis Decretum ediderit, quo prohibuit imprimi libros hominum, qui sanctitate seu Martyrij fama celebres decesserint, res gestas, miracula, vel revelationes, seu quæcunque beneficia, tamquam eorum intercessionibus à DEO accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione, eorum ad quos spectat, & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata; & idem Sanctissimus die 5 Iunij Anni 1631. ita explicaverit; ut nimirum non admittantur Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionē, cum protestatione in principio, quòd ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantùm sit penes Auctorem, Huic igitur Decreto ejusque declarationi parere volens, affirmo non alio sensu ea scripsisse, vel traduxisse, vel addidisse, quàm quæ humana duntaxat auctoritate nituntur.

Ita ego profiteor, Fr. BASILIVS RYCHLEWICZ S. Th. D. & P, Provinciæ Polonæ, Ord. Minorum Conventualium S. Francisci,

CAPVT

CAPUT I.

In quo describitur mors, ac justa funebralia Fratris Ioannis Dunsij Scoti subtilis Doctoris, Franciscani.

Vbl. seq.

PRo ea, qua fuit ingenitæ mentis solertia; styloq; altiore, Tertulianus pronunciavit mortem esse *ultimam quæstionem omnium*. Digna tanto viro sententia: existimavit ille vitam hanc mortalem scholam esse, lycæum, palæstram, in qua variæ proponi, discuti & agitari solent quæstiones. Inter has omnium quæstionum ultima & difficillima est mors; quia ejusmodi ei satisfacere ne unus potest, quin succumbat, & se victum fateatur: adeò valida mortis argumenta, potensque telum. Dici etiam fortasse potest mors omnium quæstionum ultima; quia in vita quæruntur multa: quæritur enim divesne quisquam, *& prisco natus ab Itacho*. Quæritur an multis titulis & imaginibus illustris? an multorum armorum gloriâ celebris? an vario disciplinarum genere, doctrinæque supellectile probè instructus? & alia ejus generis quæruntur in omni vita: at à morte silent omnes illæ quæstiones; ideoque mors quæstionum omnium ultima dicitur. Ubi enim contexta totius vitæ series, longiorque cur-

ſus; pro coronide & concluſione additur illud lemma, *& mortuus eſt*; tum altum fit ſilentium. De morte Doctoris ſubtilis quæſtionem habiturus, alias materias, quæ concernunt, vitam, pietatem, &c. ablego, & eis ſilentium impono, & aliò & quidem ſtudio mitto; attamen ſi de his aliqua agitandi & diſcurrendi ſe inſinuare velit occaſio, non niſi reductivè, in ordine ad honorandam, & condecorandam Doctoris ſubtilis mortem & ſepulturam, diſcurſum extendam, *Mors omnium quæſtionum ultima.* Itaque Doctor ſubtilis anno à Chriſti natalibus 1308 Die 8. Novembris, quæ eſt Octava Omnium Sanctorum, ad Sanctorum Omnium communionem evocatus eſt, (a) in una diſputatione publica, quæ creditur fuiſſe, aut cum diſcipulis Magni Adalberti ſuprà punctum de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, aut cum hereticis Begardijs, ſuprà veritatem fidei catholicæ. (nam iſte præcipuè erant diſputationes, quas Coloniæ tuebatur ac defendebat ſubtilis Doctor) taliter fervore ardens Magiſter, zelo, æmulatione accenſus, ut cum acumine ſpeculationis, cum ardore invectionis, & vivacitate certaminis, liquabilem ſe exceſſivè inſtantibus fecerit humoribus. Interea conventum repetens Doctor ſubtilis, per poros apertos inſtante ſudore & jam confeſtim remiſſo calore, propter læſivam algidorum ſyderum auram, ac ordinariam ipſius in veſtitu paupertatem, invaſit eum morbus letalis, ſuiſque penetralibus ſtrinxit iaculis [b] verùm ſuſceptis devotiſſimè Eccleſiæ Sacramentis, petijt abdita alterius loci, plenus profundo ſilentio; ibique delituit uſque ad Octavam diem Novembris [c] hâc verò imminente ipſâ ſcilicet feſtivitate Octavæ Omnium Sanctorum,
ſuavi-

suaviter quiescendo è carcere corporis sui devotissimam exhalavit animam ac dulcissimè exspiravit [d] ut gaudeat in regno cœlesti & in eas societatem ipsorum Sanctorum [e] ut piè credimus, ac illius Reginæ regni cœlestis, cujus fidelis servus, defensor, & partialis devotissimus omni vitæ permansit tempore. Mortuus ergo (iterùm repeto) anno Domini 1308. Petri regente naviculam Summo Pontifice Clemente Quinto, vacante imperio mortis causâ Augustissimi ac Invictissimi Imperatoris Alberti [f]. Quis nunc potest perpendere quoad sufficientiam celebris civitatis Coloniæ, mentis sensum [g] lachrymas religiosorum, mærores Fratrum, luctus ac dolores discipulorum? licet equidem bene considerabant gloriam, quæ à sua in ipsius animam redundabat morte, erat tamen rationabile motivum luctûs doloris, ac mæroris ipsius e vivis sublatio, cernentes subreptum cum tanta velocitate defensorem & athletam fidei, regulam veritatis, fontem Theologiæ religionis decus, honorem famam & speculum probitatis, imò corypheum omnium virtutum. Et cujus animus stupori deditus non hærebit, advertendo mortuum in juventutis flore unicum Scotum? & cujus viscera non commovebuntur, spectando illud fulgidissimum os? illam linguam tantò gratam, hominibus, Angelis, Mariæ, existere sine loquela? illud pectus, quod fuit arca locupletissima thesauri scientiarum residere miserabile privatum virtute? illam lucernam, quæ illuminabat suis virtutum radijs, totum mundum, extinctam apparere? illum solem qui omnia fastigiose sua lucis illustrabat claritate eclipsim pati? fuit certè ab interceptu mortalitalis ejus, nimis gravis mærendi ac dolendi oc-

casio. Exequiæ illius sine dubio solennitatibus fuere adornatæ [h] pompæ funebrales ceremoniarum debitarum tanto sapientiæ oraculo edictæ, ut quando civitas Coloniensis solâ famâ in ipsius devenerit notitiam, eidem appropinquanti ac advenienti cum magno applausu & magnifico apparatu obviam venit, eumque honorifice recepit, nec dubium est, quòd postquam probaverit ejusdem virtutes, & animadverit cum summa animi lætitia in disputationibus, tum publicis, cum privatis semper triumphantem, cognoveritque ejusdem valorem, honoravit suum de terra ad cælum transitum, cum omni funesta magnificentia. Celebrata sequenti die [i] secundùm consvetudinem & usum religionis funesta officia cum concursu nobilitatis & populi Coloniensis qui adijt, etiam tumulum cadaveri paratum. Et sic humatum est in Ecclesia Conventûs Ordinis Minorum Conventualium in ipsa civitate Coloniensi in ingressu sacrarij à parte dextra prope altare regis in una fovea ordinaria, quæ fuit excavata in pavimento & ita obductum, tectumque humo. Supra sepulchrum verò positus erat unus lapis, cum quadam honorifica inscriptione [k] quæ incipit *clauditur hic rosus.* uti infra legetur. Hic requievit corpus subtilis Doctoris, usque ad primam suam translationem [l] de qua agemus plura inferius [m]. Migravit è vita subtilis Doctor in juventutis flore antequam complevisset [n] triginta quatuor ætatis suæ annos, præcidit hunc florem fatalis falx tunc, quando majorem sumebat vigorem ad producendos maturiores fructus. O mors! ô inevitabilis omni viventi animæ! Heu mors permitte licentiam fari, ut in ista occasione quæram tui rigoris causam Quare sic

re sic immisericordem, impiam te monstrasti, scholæ, religioni, mundo? tu enim cum arripis unicum Scotum Scholasticum, solem obtendis nubibus, extinguis religioni lucem, tumulas mundo gloriam. Non conqueror tuos fatales ictus, quia hi ineluctabiles, sed tantùm impetûs ac celeritatis rationem expostulo, dum confodis illum quem natura & congruentia efflagitat. Mori restat cui nasci contigit est primum naturæ debitum. Sed mori confestim illi, qui serò natus est, & vivit honestissimè communi pro beneficio, est una tyrannidis feritas, tyrannicus violentus impetus. Quomodo itaque confudisti & fraudulenter tractasti scientias in majori illarum incremento? quomodo præcidisti aciam sapientibus, quæ ad majorem doctrinæ ducebat possessionem? quomodo concremasti vitæ spem magis florentis? quomodo in pulcherrimo cursu suarum victoriarum illum Scipiadam armis invictum abduxisti, qui fortiter & gloriosè egit, catholicam ob veritatem, veram ob religionem, religiosam ob virtutem? sed jam conjecturâ percipio non deesse, non defuisse talem, qui cum ratione excuset properantem celeritatem istius fatalis ictûs. Quis dicet esse factum ob beneficium scientiarum, extinguere in medio suorum ardorum istam facem, quia si accresceret ulterius ipsius claritas multùm extendens suos radios, subirent periculum facultates amittendi & perdendi opinionem & fidem incomprehensibilium. Quis dicet factum ex literaturæ impotentia, ne sapientes futurorum seculorum, qui essent consternati in solicitudine illustrandi pristinam doctrinam, perdendo robur virium, quam jam invenissent in termino aut inaccessibilem, aut insuperabilem. Quis dicet esse factum

factum unum æquivocum mortis? quæ ad numerandas periodos illius vitæ admirabilis pro supplemento annorum numerabat heroicas triumphi actiones, & sic ipsam existimavit multorum seculorum. Mihi tamen (si id dicturus sum) videtur istam celeritatem properantem mortis, non esse mundanum accidens, sed gratiam altissimæ providentiæ unius supremi Dei.

Mortuus est Marianus Doctor (secundùm communem naturæ cursum) in meta suorum dierum, sol iste scholasticus in zenith eclipsim felicis suæ cathedræ passus est, non tamen ista præoccupata mors minuit fidem illius gloriæ, quia ipse erat unus homo vere justus, juxta illud *justus* [o] *si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit.* Pervenit ad gravitatem senectutis, licet ipsi defecerant anni. *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata.* Fuit ipse alter Joannes à B. M. Virgine amatus, *& placens Deo* suæ matris *factus est dilectus*, propterea fecit ipsi Dominus hanc gratiam, quòd *vivens inter peccatores, translatus* est ad gloriam. Nam successuri erant illi periculosi & lubrici nimbi, qui ferebantur statim post obitum subtilis Doctoris [p] in Seraphicam Religionem, nempe ille ubertim de Casali, qui titubavit, ex pio ac religioso viro pravi dogmatis auctor factus. Ille verò tempore Ioannis vigesimi secundi [q] ubi succubuit doctior omnibus, & sic ob singularem favorem Divinæ misericordiæ Doctor Marianus, *raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.* Et licet sua scientia sic fuerit bene fundata, ac etiam conscientia ejusdem candore puritatis plena, attamen disordinatis perturbationibus

peri-

periculum deerat incontinentiæ, ſuperbiæ, *faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia tranſvertit ſenſum ſine malitia.* Fecit id intenſa in hoc mirabili homine gratiæ abundantia, quod factura erat ſua longæva & extenſa vita, egit licet brevi in ſpatio multorum ſeculorum præclara ac egregia facinora, *conſumatus in brevi explevit tempora multa.* Pervenit ad unam ſummam virtutum altitudinem, conſecutuſque eſt cacumen meritorum eminens, hinc irruens ſuper eum unus turbo devius, lunare voluit inſontem criminis: Dominus verò properavit ad tollendum eundem de medio periculi. *Placita enim erat Deo anima illius propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.* Itaque hanc ob cauſam feſtinata mors noſtri ſubtiliſſimi Magiſtri fuit grata altiſſimæ providentiæ, quare æmuli invidentes eidem gloriam qualem deprædicabat ipſemet populus, *videntes & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia* mutàrunt malitioſè gratiam in contumeliam, miſericordiam in caſtigationem, excogitando fabulas, promulgando indignas infamias ad renunciandum. Sed quid? *condemnat juſtus mortuus vivos impios & juventus celeriter conſummata longam vitam injuſti.* Illis abſtulit æmulationem, lucem intellectûs, illos fecit lumine carentes ipſa eorum malitia, & ſic *videbunt finem ſapientis & non intelligent, quid cogitaverit de illo Deus & quare munierit illum Dominus, videbunt & contemnent eum,* linguis ſuis colubriferas ſuper eum moventes Eumenides. Sed hac de ratione *illos Deus irridebit.* Faciet emergi veritatem, quando indicati doli diſturbatæ fictiones, ſuperatæ falſitates permanebunt, *poſt hæc decidentes ſine honore & in contumelia,* ad majo-

 rem

rem innocentiæ gloriam, & exemplarem malitiæ castigationem.

a Resumitur. *Ferch: & Vading: in Vita Scoti c. lo: n. 46. Alphon: Briz: in Vita Scot: S. 21. id colligentes ex epitaph Scoti funebri appenso dicente: Scotus in obiectu ultima verba dedit, cui consentit Ioan: Eckius in suo Chriscentur 2. in appenz ubi post relatam Scoti disp: Coloni habitam pro immacul: concept: subdit statim,* post hoc *debitum naturæ persolvit Scotus.*

b *Vading: & Briz: loc: cit.*

c Tabula defunct: Fratrum: *Coloni apud Ferch: cit: num: 24. Trith. in chron: Hirsagiens anno 1308. & omnes script: Vita Scoti*

d *Epitaph Scot: ibi: carere composito.*

e *Epitaph Scot: ibi:* propria dulcedine legum venit, *Dermic. in* Nitel: *Franc: fol: 70. Mich: Oyer: Orat encomiast fol: 29 in fine. Ferh. Vading: & Briz. cit.*

f Monumenta antiqua & publica Coloniæ & omnes Historici agentes de Scoto ante Bzovium videantur apud *Ferch: lib 1. Apolog: n. 7. & 8*

g *Ex Ferch: in Vita Scoti cap: 8. n. 28. & Oyer: Aug: orat encomi: fol. 15.*

h *Marian Florent lib: 3. sua historia Seraph: cap: 15.* honorifice sepultum ait *Marc: Vlisponen: in chron: Franc: 2. p. lib: 7 cap: 3.* ingenti dolore & magna veneratione sepultum asserit.

i *Ferch in Vita Scot: cap: 8. num: 28.*

k *Trith. in chron: Hirsagien: ad annum Ferch: cit: Vading: & alij.*

l Liber antiquissimus manu scriptus Coloniensis in biblio: Convent: Coloniæ asservatus teste *Matth: Ferchio loc: cit.*

m Infra in hoc *libro; cap: 6.*

n *Epitaph: Scoti ibi*: tempora post Christi propria dulcedine letum venit. *Et ibi*: in teneris annis. *Et scriptores Vita Scoti communiter.*

o *Sap*: 4. *num*: 7.

p *Vadingi tomo 3. Annal: ad annum 1310. n. nu: 2. ad annum 1312. n. 5. & ad ann: 1317. num: 16.*

q *Vading; ibidem ad annum 1322. & sequentibus.*

CAPVT II.

In quo describitur fabula circa mortem Doctoris subtilis, & origo ejusdem.

SIc in veritate evenit mors subtilis Doctoris, sicuti relata ac enarrata est, in capitulo praecedenti: & sic fuit pariter aestimata ac publicata ab omnibus authoribus per duo continuata secula, quae post ipsius mortem sequebantur, nullo existente [a] qui scripserit aliquid in contrarium, aut qui attingeret res singulariores circa suam dulcissimam exspirationem & sepulchrum, usque dum cogitatio tacita ac inanis aemulorum mota futiliter cepit fingere vanitates, & simulare falsitates. Elapsis ducentis annis [b] & pluribus post mortem subtilis Doctoris, Paulus Iovius Italus [c] Magistrum nostrum exhalantem visitavit, sed non ad restituendam eidem sanitatem. Hic in uno libro cui titulus [d] Elogia hominum Doctorum sapientum, perveniendo ad subtilissimum Doctorem, Joannem Duns Scotum, admirandum athletam defensorem primae reputationis nimirum innocentiae originalis Reginae caelorum, &

magi-

Magistrum Universalem scholæ Seraphicæ in locum elogij ipsi effinxit, unam satyram, in qua ultra injurias illi illatas, quas retulit quidam noster & quidem doctissimè & sincerissimè *Minor. Conventualis*: [e] excogitavit alias, inhians penitùs evellere de doctrina ejus maximè de Theologia scholastica summam fidem & opinionem per universum jam orbem sparsam, sine ullo probabili motiuo, proindè [f] sequentem ratione mortis subtilis Doctoris finxit fabulam. Dixit subtilem Doctorem in pænam alicujus peccati abditi aut aperti punitum fuisse, unà cum tali resolutione neruorum seu apoplexia vivum sepultum fuisse, qui in sepulchro postmodum agitatione mentis ad se reversus auxilium implorabat, ibi calamitosè vociferando, & cùm sic ejularet, longo tempore prope ad lapidem, quo claudebatur fornix, omnesque huic subvenire recusarent, sublato clamore, extremò fractis sibi cervicibus exspiravit, sicque suæ vitæ imposuit terminum. Hoc totum scripsit Iovius, nullum citando authorem, nec adducendo traditiones, nec edendo aliqua testimonia, sed solùm confisus suæ propriæ fidelitati & opinioni exponendo totum hoc cum tanta audacia, libertate, vix non dicam temeritate, quasi vixisset tempore subtilis Doctoris & præsens tempore mortis ipsius, quod totum ante duo secula elapsum fuit priusquam ipse Iovius nasceretur. [g] Talis est veritas istius primi authoris de ficta morte, quæ attribuitur subtili Doctori Scoto, qualis fuit veritas Ovidij de illa metamorphosi ac Æsopo illius fabulæ, ego non curo nec desidero id explicare & exponere, legat qui vult unum & alterum authorem [g] qui sufficienter de hoc scribunt & tractant. Quis ipsi

daret motivum ut falsè describeret ipsius subtilis Doctoris mortem? quis ipsi dictaret inventionem talis fabulosæ & fictæ mortis? non curo me habere talis fictæ & excogitatæ inventionis rationem, scio tamen bene illum inventorem nullum habere id faciendi motivum, nam licetsi subtilis Doctor secundùm scholasticum ritum multas opiniones Catholicorum Doctorum impugnaverit, hoc tamen fecit cum modestia singulari in suis verbis, & cum tanta ratione & respectu subiectorum ad prosecutionem odiosam. Omnibus enim in suis scriptis & disputationibus semper observabat humanitatis terminos. In disputatione, quæ excerpta magis ex pectore & assumpta fuit ob singulare pignus Immaculatæ Conceptionis ter Optimi Dei Matris, aspexit; & admiratus est, summam ipsius temperantiam Magister Ioannes S. Thomæ filius illustris familiæ Dominicanæ, & sinceritate quasi cordiali professus est [h] Scotum esse Doctorem modestissimum; attamen subtilis Doctor cum tanta maturitate & temperantia verborum hoc tractavit punctum, in quo posteritati magnum mirum reliquit exemplum. Satis est, certum esse Scotum causam non dedisse quà provocaret aliquem ad faciendam ipsi [i] hanc magnam injuriam. Mortis naturalis & veræ nostri subtilis Doctoris habemus testimonium ab ipsius antiqua sepulchri inscriptione [k] quod fuit ipsius mortis occasio, calor, ardor, zelus in una disputatione, licetsi dubitetur vtrum ista fuerit cum hereticis Begardijs ob refutandos illorum errores, aut etiam cum Catholicis ob propugnandum innocentiæ originalis B. V Mariæ punctum; mortis fabulosæ, qualis recensita fuit, licetsi ipsius habeatur author, causæ tamen ejusdem certè

noti-

notitia haberi nequit. Notum est tamen qui fuerunt primi authores, & qui suis operibus hanc fabulosam inculcavêre Scoti subtilis mortem. Post centum annos immediatè ego invenio duos authores, qui machinatione intenti obscurandi lucidissimam subtilis Doctoris Mariani famam, immiscuêre suis libris hanc tragicam mortis Doctoris fabulam. Unus est Joannes Casus [l] Anglicus hereticus calvinista. Secundi quidam fuere authores Catholici [m] Nec est dubium esse gloriam subtilis Doctoris & ipsius scholæ eò, quòd ab uno iniquè heretico pungatur, sicque supportabile esse censetur, quòd unus talis nomine Semei nostrum execretur Davidem [n]. Etenim scimus quòd supremus Deus pro tali maledictione ipsum implebit usque ad summum suis benedictionibus, sed quòd quidam Catholicorum tam existimatæ virtutis, & maximæ notæ se immiscuerint ad suffigendum subtilem Scotum principem scholæ Minoritarum, colligendo tantas narrationes fictas contra honorem ipsius, invidia jam ista considerationis insuperabilis est, estque materia altioris judicij. [o] Impertire veniam ô benigne lector, justus dolor est amaritudo pœnæ. [p] *Si inimicus meus* (flebat regalis Propheta) *maledixisset mihi* [q] *sustinuissem vbique, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò unanimis, dux meus, & notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu.* Quod unus hereticus membrum ab Ecclesia recisum infamaverit unum Doctorem sic Catholicum, parvi existimo: quòd unus author loquax & cupidus inter tantas alias excogitaverit unam fabularum contra Doctorem Minorem, inopem cunctis terrenis bonis ac possessionibus ipsius, toleramus

igno-

ignominiam. Sed quòd homines uniformis fidei, [r] qui in eadem semitâ, viâ perfectionis ambulant nobiscum cum consensu cooperantur ad aggrauandum unum hominem omnibus virtutibus amplissimè ornatum, unum principem scholæ Catholicæ, unum Magistrum religiosus seraphicæi, unum Scotum, & in ipso omnem familiam Monoritarum, sic bene Ecclesiæ Dei meritam, nullo modo tale nefas injuriæ obtegi potest. Inter tot contra Cæsarem vibratos gladios, ex his unius solùm expostulavit rationem, illius nempe filij: *tu quoque Brute fi' mi*: & inter tot pænas quæ contra subtilem Doctorem fuêre solùm aliquorum Catholicorum rationem expostulo, hac tamen omissâ minimè miror, eò, quia Scotus, Frater Minor erat, & adinveniuntur exempla in sacris Scripturis Fratrum Minorum injustè exagitatorum. Primus Frater minor Abel [s] suam propter innocentiam per manus Caim mortuus est. Fecit exulem Iacobum [t] odium quo ardebat contra eum major Frater Esau obtentam ob benedictonem à patre matris suæ gratiâ. Sepelierunt vivum Josephum majores Fratres [u] eò, quia ipsi somnia omnem augurabant prosperitatem. David cùm fuerit domi patris, minor fuit suo fratre, maledictionibus affectus [x] solùm eò, quia humanitate plenus erat. Ergo non est magni momenti, unum Scotum amatum à divina Rebacca, consecratum somnijs pro Doctore originalis innocentiæ Mariæ, valoris incomparabilis in militia scholastica, habere aliquos fratres uniformes fidei qui procurant offendere eundem usque ad sepeliendum vivum; sed transeamus ad defendendam veritatem, sequentibus capitibus.

[a] *Constabit ex sequentibus capitibus.*

b Ferchius lib: 3. Apolog: in Iovium n. 23

c Georgius Herubatus in sillabo errorum Bzo-
vij in Germania commissorum.

d Paulus Iovius in lib: prænotato Elogia Doct:
virorum elogi 3.

e Frater Bonavent: de Bottis lib: 3. de vita
Scoti cap: 6.

f Ferch: lib: 3. Apolog: n. 46. in fine Der-
mic: in Nitel Franc folio 20. §. quod ali

g Aubert Mireus in chron: Ioseph Scaliger
in vita P. Iulij Cæsaris Scaligeri. Iustus Lipsius
lib: 1. politicorum cap: 9. Possevin: in sua Biblio: lib:
16. cap: 42. Melchior Canus de locis Theolog lib: 11.
cap: penult: fol: 656. Bartolucius in Apolog. ante
syllabum Scoti. Professor Lovaniensis apud Cavell:
in Apolog cap: 7. Dermic in Nitela Franc: fol: 19.
Wading: in vita Scoti cap: 9. n. 56 Georgius Her-
nartius in syllabo errorum Bzovij Ioannes Botterius
in dictis memorabilibus. Ferch lib: 3. Apolog in
Iovium num: 8. & plures alij.

h Ioan: à S. Thoma tomo 1. in 1. parte tract:
preamb: de auctoritate doctor: D. Thomæ disp: 2. ar-
tici 2. §. his plani litteris.

i Ferchius in vita Scoti c. 11. n. 41.

k Epitaph: Scoti ibi: Scotus in obiectis ul-
tima verba dedit.

l Ioan: Casus heret: Angl. calvinist: in sum-
ma Dialectica.

m Abracham Bzovius in suis Annal: ad
annum 1294.

n 1. Reg: 16.

o Ex Matth: Ferch: lib: 2. Apol: in Bzovium
num: num: 1. & sequent.

p Vide infra cap: 6.

q Psalm 54. num: 17.

r *Ioan: Garzon in Vita S. P. Dominici Thomas Bozius de signis Eccles: lib: 7. cap: 1.*
s *Genes. 4. num. 8.*
t *Genes: 37. num: 44.*
u *Genes: 37. num: 24.*

CAPVT III.

In quo describitur aperta propositæ mortis subtilis Doctoris falsitas cum evidentia historica.

IN materijs extraordinarijs & antiquis fingere nullo imputatur labori, difficillimum tamen convincere falsitatem, quandoquidem ad fictionis procreationem sola libera despotica ab omni lege sufficit phantasia, at verò ad convincendam fictionis falsitatem, maturum requiritur vivaxque judicium, & in multis antiquitatis notitijs dependentibus à legibus veritatis ac historiæ omninò peritum atque expertum. Finxit Iovius illam extraordinariam subtilis Doctoris mortem post duo secula, equidem benè sufficeret sola authoris fama, qui se existimabat bonæ & rectæ reputationis, opinionis, existimationis (a) esse istius fabulæ primùm inventorem, ut de eadem, non sic facilè arbitrarentur sapientes, verumtamen non obstaret faciliter tantæ æmulationi impulsus, quo fallacissimus convinceretur dolus post tot currentia annalia tempora; si providentia Divina (ob specialem favorem sicuti piè credimus Reginæ cæli) non conservaret testimonia antiquitatis ad ostendendam veritatis fidem, & non adderet animum

erudi-

eruditione, sapientiâ subjectis plenis, ad defendendum eum (b) His ducibus sequor probationes ut agerem juxta omnes bonas historiæ regulas, sumo pro norma illam quam instruit Eminentissimus Cardinalis Baronius pro profligandis falsitatibus similium factionum. Ipse [c] ratione mendacij facti duarum fabularum quas vulgus imperitum recensebat, & alij authores minùs prudentes scripserunt in venerabilem Bedam. Prima est, quòd hic sanctus fuerit visu privatus. Secunda, quòd titulus venerabilis Bedæ fuerit positus per manus Angelorum in epitaphio ejusdem, id totum probando tribus rationibus. Prima est silentium omnium antiquorum, quod non est credibile in re tam singulari unius hominis doctrinâ eminentis & continua occupatione scripturaram. Secunda, testimonia illorum, qui cum exactione clarificârunt circumstantias ejusdem sepulchri sicuti Abbas (d) Trithemius. Tertia, sepulchrum ipsum, quod (e] contradicit fabulosæ narrationi. Cum his tribus rationibus Cardinalis censetur cæcitatis V. Bedæ, & tituli supra scripti ad lapidem ejusdem sepulchri superare & evincere fictionem, creditque permanere exclusam uti vanam, sic infructuosam fabulam, quæ in multis causabat fidem & consensum. Cum ijsdem rationibus, quæ nostro in casu, magis urgentibus circumstantijs convincunt Iovium, ego quoque accedo ad demonstrandam fictam & falsam fabulam, & excogitatam tam horrendam mortem, quam ille adscripsit nostro subtili Doctori Scoto. Itaque prima ratio [f] est silentium omnium authorum, historicorum, & scholasticorum, æmulorum & amicorum duobus

obus seculis à morte subtilis Doctoris, & licet hoc argumentum videatur esse authoritatis negativæ, attamen ob circumstantias, quæ concurrunt ad hunc casum fortissime convincit & annihilat fabulam. Munus enim historicorum est [g) narrare de subjectis, quorum materiam tractant, specialiter tamen si sunt insignia, & magnæ æstimationis res, gestaque excellentiora, aut successuum formidabilium, aut casuum extraordinariorum. Quid namque formidabiliùs rariùsque reperiri valet, unius Doctoris Scoti tragicâ morte, quam ipsi adscribit Iovius? Acta Scoti cum titulo celebri, historici omnes duorum seculorum [præcipuè Germani præclarissimi indagatores antiquitatis Coloniæ] ubi obijt subtilis Doctor, uti est unus Gotfridus monachus sancti Pantaleonis (h) in historia Colonien: Abbas Trithemius &c. Milmanus in illis Coloniæ, etiam minimas circumstantias mortis subtilis Doctoris, scilicet civitatem, conventum in quo fatis cessit, Ecclesiam partemque determinatā, ubi sepultus, est & postmodum translationem ipsius corporis, annum, mensē, diem, sui obitus, describunt, nullam tamen faciunt infelicissimi successus mentionem, nec aliquam proprietatem, aut particularitatem istius funebris describendo trajectûs; Itaque apparet manifesta veritas, atque certitudo, hanc dictam fabulosam fictamque subtilis Doctoris esse mortem. Nec jam retorsionis reflexioni dandus est locus, nam aut condemnandi essent omnes illi prædicti historici, qui acta in suis annalibus promulgârunt, ac scripserunt illis duobus seculis, inter quos connumerandus esset S. Antoninus Archiepiscopus Florentiæ, decus &

splendor celeberrimæ Religionis Ord: Prædicat: [i] qui in sua historia facit honorificam Doctoris subtilis mentionem, & nullam ipsius mortem sic infelicem describit, aut casum narrat, & multò magis, dum isti specificati hostorici (k) nec etiam res minoris momenti obtegere solent, aut si auditur hæc narratio tam infelicissimi casûs, ac successûs uti fabulosa pedimus conculcanda est.

Confirmat non minùs hanc rationem silentium scholasticorum oppositorum subtili Doctori auctorum saltem illorum primi seculi, à quorum facie non se posset abscondere, si eveniret hic tragicus ac infelicissimus successus. Okam inimicus domesticus (l) qui nec lapidē præterierit, quin prius moverit eundem ad moliendam Doctoris subtilis suique magistri doctrinam, frueretur que lapide sepulchri ad excidendam eandem. Herveus, qui permanebat Coloniæ illo tempore quo (m] subtilis Doctor fatis cessit. Paludanus [n] vir magnæ existimationis & notæ illis temporibus, Capreolus [o] scriptor ejusdem seculi, qui omnes si habuissent notitiam unius casus sic gravis ac desperatæ subtilis Doctoris Scoti mortis, impedirent studentes prosequi scholam ipsius, dareque fidem ac existimationem ejus, doctrinæ summam & optimam. Si hi primi Doctores sic oppositi subtili Doctori Scoto intellexissent hunc infelicem fictum tamen fabulosæ mortis successum, non procurarent cum tanta applicatione ejusdem contrarias Angelico Doctori sententias, sed ad tollendam illam existimationem acceptationem & auctoritatem earundem sufficeret narrare, aut pro parte laconicè paulisper tangere

fingere & insinuare hunc infelicem in suis scriptis casum. Adest majus robur, argumentum silentij æmulorum iniquè zelantium, qui abjectâ modestiâ proclamabant ut hæreticam subtilis Doctoris circa Immaculatam Conceptionem opinionem [p] toto primo seculo, ac secundi in parte seculi, sicuti Montesonus Ioannes Thomas, & ejusdem sequaces, Nicolaus Eymericus, Anonimus & alij sine aliqua scripturæ nota mortis ejusdem subtilis Doctoris, signum clarissimum ac evidens est illo tempore non esse adinventam hanc fabulam, aliter isti, qui suscitarunt majores injurias, & aliqui qui nec ipsi Assisiensi pepercerunt seriphino [q] non tacerent, cùm sit sufficientissima ad tolerandam auctori piæ sententiæ jacturam. Hinc demon licet pater mendaciorum, solùm ausus fuit affirmare [r] Scotum in purgatorio detineri & illud pertransire, tantùm ob hanc causam, quòd nimirum dederit occasionem Fratribus Minorum defendendi originalem Virginis Mariæ puritatem, non verò quòd desperatione agitatus suæ vitæ imposuerit metam, ad quam propinquat Iovius, sicque demonstratio evidens est hanc fabulam unam sic esse dissonam veritati ut nec ipsi proclamatori mendaciorum benè placuerit.

Quantum postmodùm ad silentium amicorum hoc nihil attingere patet: siquidem hi non scripsissent illa, quæ non æquiparentur illi falsæ ac fictæ morti. Antonius ejusdem discipulus (s) eum nominavit Doctorem excellentissimum plenum famâ & memoriâ benedicta, Venerabilis servus Dei Bartholomæus de Pisis [t] ejusdem contemporaneus in libro conformitatum appro-

bato in Capitulo Generali Assisiensi Anno Dni 1399 pro toto Ordine testimonium dat, Scotum fuisse hominem æternæ memoriæ propter opera mirabiliter in lucem edita, & factum esse Coloniæ ab Altissimo præsentem in præmium virtutis, & religionis Fratrum hujus Provinciæ. Ad ultimum connumerat eum (u) inter illos homines, qui ibi in opinione sanctitatis fatis cessêre, Marianus Florentinus historicus fidelis Ordinis seraphici, qui seculo immediato doctrinâ, sapientiâ, existimatione floruit, his verbis subtilis Doctoris descripsit mortem. [x] *Finaliter Scotus Coloniæ brevi dedit vitæ suæ metam, clausitque ejusdem terminum, & progressus est ad recipienda æterna præmia ob sua mirabilia edita opera, & hic in conventu Coloniensi Agrippinæ Germaniæ inferioris fuit honorificè sepultus. & maximâ ab hominibus colitur veneratione;* In hac conformitate omnes historici Religionis non solũ describunt & connumerant Scotum inter Doctores excellentissimos, [y] verùm etiam inter homines claros ac nitentes lumine virtutis, qui post fata sua odorem sanctitatis reliquêre. Itaque quomodo possunt concordari insimul opinio bonitatis ac felicissimi successûs ejusdem interruptis continuatis binis seculis de morte subtilis Scoti usque ad tempus Iovij, & mortis sic desperatæ infamia? fortassis vellet habere suspicionem calumnia omnes Franciscanos scriptores hac in parte mendaces permanere? est moraliter impossibile, nam si fuisset vera illa mors, advertendo aliquis illis primis seculis Scotum connumeratum inter homines in opinione sanctitatis mortuos excitaret sepulchri pulverem ad subijciendum eundem

dem oculis nostris authoribus Finaliter nullus ibi fuit [z) aut historicus, aut scholasticus, aut æmulus, aut amicus, qui describeret mortis subtilis Doctoris fatalem casum, solùm Iovius eam describit cum egregia suæ eloquentiæ forma, sed hic lentè natus, lentiùs adhuc resuscitatus est; quoniam elapsis jam ducentis, post eventum ipsius mortis annis advenerit, hac de causa suam authoritatem fallacem authorum prioris seculi silentio opponere non valet, quæ est ratio prima ad convincendam fictam fabulam ejus intentionis.

Secunda ratio deducta ab illo, (prout ipsi dicunt] observante cum omni advertentia circumstantias Doct: subtilis, & concludunt ex hoc evidentiam positivam (a] Abbas Trithemius [ad sequendam etiam in authore probationem Baronij] postquam investigaverit Coloniæ per seipsum omnes antiquitates, & adverterit historias particulares Colonienses præcipuè illam Godfridi Monachi S. Pantaleonis, sicut ipsemet affirmat (b) inter circumstantias, quas scribit de morte Scoti, assignat situm in quo fuit sepultus, dicendo fuisse eundem sepultum in Ecclesia Fratrum Minorum Coloniæ in ingressu sacrarij. Cum hac notitia Matthæus Ferchius noster existens Coloniæ, voluit investigare summa cum diligentia [ut ipse testatur] (c] aliquem fornicem aut sepulchrum concavum vel concameratum sicuti delineabat Iovius, sed tamen, non solùm illam concavitatem, verùm nec quidem vestigium ejus, aut minimum signum sepulchri concamerati adinvenit. Jtaque Scotus non fuit sepultus in fornice aut in sepulchro concavo vel concamerato, at

in una fovea, aut sepulchro ordinario humo cooperto. Cum hac evidentia istius loci tota cedit Iovij fabula, & redditur risu plenum illud fabulosum mendacium. Quomodo namque voluit subtilis Doctor se ipsum revolvere, siquidem terrâ coopertus & eadem suffocatus erat? quomodo gemitus, ululatus, rumores, clamores, de ore suo prodere poterat, cùm necessarium erat apertum os terrâ impleri? per qualem clibanum suam edere vocem? quo àére respirare?? quomodo appropinquare illi lapidi mediante tanto pondere terræ? quomodo movere caput ad offendendũ se ipsum & occidendũ siquidẽ sic in angusto loco positus fuerat? Jtaque irridenda est hæc Iovij fabula nullam sui proprietatem & fundamentum habens.

Confirmatur ratio ex antiquis scriptoribus qui præcesserunt Iovium, duo solùm, [utrumque veterum actorum apertum de visu testimonium præcipuè Coloniensium] assignant situm determinatum sepulchri subtilis Doctoris, Abbas Trithemius [d] in ingressu sacrarij ubi fuit primariò sepultus. Milmanus [e] medium chori ubi post aliquot annorum suæ mortis fuit translatus in una honorifica tumba. Unum & alium locum quæsivit cum scrupulosa solicitudine curiositas [f] & in nullo horum etiam minimum vestigij invenire poterat signum, quòd ibi esset evacuatum seu concameratum sepulchrum, sicuti testimonium adfert Ferchius, exponendo illud censuræ ipsius mundi cum evidentia notitiæ, nec tumulus, ad quem fuit translatus prima vice evacuatus erat, sed [g] erat una simplex urna lapidea duos pedes in quadriangulum habens, in quo servabantur

ipsius Doctoris' ossa cooperta aliquantum humo, quæ prius de tumulo effossa fuerunt." Itaque quidquid narravit Iovius de fornice ac sepulchro concamerato subtilis Doctoris, totum est mera fictio ac excogitata fabula. Et ne locus refugio malitiosè detur, concluditur hoc clarissimo dilemmate. Aut fornix, in quo finxit Iovius fuisse sepultum Scotum erat communis alijs, aut specialiter fabricatus ob illius causam. Communis esse non poterat, quia apud sanctum Franciscum Coloniæ non reperitur sepulchrum evacuatum seu concameratum [h] in templo aut in aliqua parte monasterij, nec vestigium aut memoria, quòd ibidem fuerit, & aliquo alio videretur tempore, & quodquod fuerunt Lectores, Magistri, Provinciales: Coloniæ sic ante mortem, sicut etiam post fata subtilis Doctoris, sepultique fuerunt in foveis aut sepulchris evulsis, imponebatur eis causâ honoris supra sepulchrum unus lapis, ut etiam erat superpositus monumento subtilis Doctoris, secundùm testimonium Ferchij hujus veritatis indagatorem apertissimū. Aut ille fornix ob causā ipsius Scoti specialiter erat fabricat⁹. Est res certa non fuisse prius exstructum suâ morte, nullus enim fortassis existimabat eundem Coloniæ moriturum, uti erigendum ad majora hominem in juvenili permanentem flore? si itaque fabricaretur post ipsius mortem in effodiendis fundamentis in elaborando opere efflueret tunc magnum temporis spatium, in quo ipsemet Scotus morbo sic letali affectus excitaretur à somno: ah quis narrator privabit lumine oculos malitiâ plenos, patente visione harum evidentiarum.

Epitaphia quæ sunt instrumenta publica antiquis

tiquitatis, subministrant non unam, at multas falsitatis demonstrationes fictæ fabulæ Iovij Illud, quod [i] statim ac Scotus fuerit mortuus, fuit sculptum in lapide, qui cooperiebat ipsius tumbam, est tam honorificum, sicut omnia, quæ fuerunt immediatè apposita Doctorib' mortuis, cum opinione sanctitatis. In ipso appellatus Scotus fons Ecclesiæ, flumen vivum, doctor justitiæ, flos studij, arca sapientiæ, ardens ingenio, facilis in explicanda sacra scriptura, adornatus virtutibus, dux Clericorum, lux claustri, tuba veritatis. Verùm quidem est, hoc epitaphium fuisse compositum post mortem subtilis Doctoris Scoti & fuisse insculptum lapidi, post finita funebralia officia, hinc si fuisset vera fabula Iovij, jam evenisset vera ante epitaphij inscriptionem. Igitur quomodo credibile est ut uni homini sic infelici morte oppresso planè ex signis desperato, imponatur epitaphium tam gloriosum in conspectu Coloniæ & æmulorum ipsius in Coloniensi permanentium civitate, sensus est caudice non codice dignus. Jllud autem quod fuit adscriptum primo epitaphio [k] quando translata fuêre ossa subtilis Doctoris ad sepulchrum exstructum in medio chori sub una campana magna pendente de super, facit mentionem sui primi tumuli, narrando: fuisse prius sepultum in terra; postea translatum in illud honorificum monumentum: testimonio, quod tribuit vim ac robur argumentis rationis secundæ, postquam fuerit Scotus sepultus in terra mortuus, attribuitur unum figmentum, ac mendacium Iovinianæ fabulæ. Eidem etiam] attribuitur aliud figmentum aliud mendacium majori evidentia

[l] ex

[l] ex illo epigrammate antiquissimo, quod affixum huic erat monumento, cui impressum fuerat venire mortem [ad subtilem Doctorem cum pvopria ipsius dulcedine, composito carcere sui corporis, verùm ista dulcedo amaritudine replet Iovium. Est mors dulcis illa quam finxit iste scriptor, tam plena angustijs horroribus, & desperatione, ut eam nec ipsum cælum similiter absque æmulo mærentis remittat. Sic contraria fuit vera mors subtilissimi Doctoris illi, quam imponit Iovius Scoto, qui nec patiebatur angores animi, nec illos motus corporis quales ad latus juvenum tempore mortis assistere solent & hanc singularitatem voluit exprimere & significare illud epigramma, dicendo: [m] Subtilissimi Doctoris dulcissimè efflatum esse spiritum, sine ullis motibus corporis, carceris; unde animam Deo reddendo suaviter exspiravit. Conjungat qui vult amaritudinem fictæ fabulæ Iovij cum dulcedine relationis istius epitaphij, quod benè judicium cognoscit, facere & operari quæ sunt artis, & congregare repugnantias, cui placet sustinere illas fictiones sic perturbatas. Ista sunt media quæ tenet & illis utitur facultas historica ad convincendam perfidiam fabularum, quas de rebus antiquis & extraordinarijs solet excogitare futilitas ac malitia humana. Concurrunt omnia tria cum tanta efficacia in nostro casu, ut ad nostrum sensum dent claram evidentiam illius mortis, quam imposuit Iovius Scoto esse meram fabulam. Et adhuc videtur specialis providentia Dei, nimirum reperiri instrumenta ad convicendam illam fabulosam & manifestam falsitatem, sciendo histori,

as communitèr [non reperto aliquo speciali in morte alicujus subjecti] (n) ad summum quietari peritiâ, ubi & quando quis moritur, vel mortuus est, sine narratione & enumeratione, quoties adjutus à medico sicque si ibi adfuisset hæc singularitas mortis subtilis Doctoris, historiæ eandem de facili non transirent. Ultra has rationes non est possibile deducere majorem in simili casu evidentiam; quia oportebat, ut illi: qui assistebant morti Doct: subtilis, divinarent: quomodo post ducentos annos venturus erat Jovius ad hos errores publicandos? [o] Hinc iter arriperent ad præcidendos ipsius passus veloces in contumeliam subtilis Doctoris, testimonio juridico ut deponeret nullum illorum esse successum in ejusdem mortis casu, uti haberentur probationes evidentiores, his quæ adductæ manent. Si non sufficit illud, totum quod dictum est, dicat mihi ille, qui majori amore prosequitur Iovium: Si modo advenisset voluntas alicui scriptori fingendi mortuum esse Iovium desperatum quibus instrumentis uteretur, ad convincendam hanc inventam ante centum annos falsitatem? Certum est, quodsi applicuisset istud mendacium alijs antiquis magnæ notæ ac existimationis subjectis, non tamen canonisatis, nec beatificatis, ad inveniret maximas controversias in vincenda fictione, & fortassis illo tempore judicarentur evidentes rationes minus efficaces. Gratias igitur pro semper Altissimo relaturi sumus qui conservavit defensori originalis innocentiæ Matris suæ in primo instanti; defensores ejusdem innocentiæ in ultimo instanti.

a. *Hugo Cavell: in Apolog. cap: 7. Ferch: lib. 3. Apol: num: 7. & 8.* b.

b. *Vide infra c. 6.*

c. *Cæsar Baron: in notationibus ad Martyrol: Rom: ad diem 27. Maij*

d. *Abbas Trithem lib: 2. de viris illustribus S. Benedicti cap. 27. apud eundem Trithem: lib: 3. cap: 155.*

e *Ex Ferchio lib: 2. Apol: in Bzovium n. 45. & sequentibus, referente Auctores primi & secundi seculi & lib: 3. num: 40. Dermicius Thad: in Nitel: Franc: folio 69.*

f. *VVading: in Scot: c. 10. n. 47.*

g. *Diodor Sicul: Antiquit: lib. 12. Iulius capiti in Gordianis.*

h. *Gotfrid: Monac. S. Pantaleonis in hist: Coloniensibus apud Trith: in Chron: Hirsaugiensi Trith ibidem sub anno 1308. Milmann in chronicis Coloniens: excusis Germaniæ anno 1499.*

i. *S. Antoninus 3. parte histor: tit: 24. cap: 8. § 2.*

k. *Videatur ibidem agens de Aureolo & Alvaro. Pelagio.*

l. *Okam Auditor & Antagonista Scoti prædicat: videantur dicta lib: 3. cap: 8. num: 9. apud Bonavent: de Bottis de vita Scoti.*

m. *Ioan: Eckius in suo Chrisopasso cent: 2. in Append:*

n. *Bellarm: de script: Ecclesiast.*

o. *Bellarm: cit:*

p. *Auctores censurantes piam sententiam illis duobus seculis à Scoti morte.*

q. *Annonim: qui & Bandellus in suo tract: de verit: Concept: 3. p. ratio: 17. & alibi pluries.*

r. *Libellus ex actis juridicis Bernens: collectus & Berne in Helvetia excusus anno 1509.*

s. *Anton: Andrea ad calcem Comment: in 12. lib: Metaphis.*

t. *Bartholt Pisan: lib: 1. confor: 12. fructu 18.*

u. *Pisan: ibid: fol: 113. col: 1.*

x. *Marian: Florent: lib: 3. sua hist: cap: 15.*

y. *Marc Vlyssipon in Chronic: Franc. 2. p. l. cap. 3. Philipp: sola in chron: lib: 3. p. 2. c. 7. & alij.*

z. *Ex Matth: Ferch; lib 1. Apolog: n. 50.*

A. *Abbas Trithem: in Chron: Hirsaug sub anno* 1308.

b. *Trith: cit: in prologo.*

c. *Matth: Ferch: lib: 2. Apol: num:* 47. *& lib:* 3. *num:* 39.

d. *Abbas Trithem: loco cit:*

e. *Milmanus in chroni Coloniens: sub anno* 1308.

f. *Ferchius ocularis testis loc: cit. lib:* 2.

g. *Idem Ferchius lib:* 1. *Apol: num:* 63. *& lib:* 3. *num:* 39. *concludens* Fabulæ hinc detectæ sunt ex evidentia loci clarissima.

h. *Ferchius lib:* 1. *Apol: num:* 63. *& lib:* 2. *num:* 47. *& lib:* 3. *num:* 39. nulla est apud Franciscanos Agripienses vacua tumba, neque ea antea fuisse aut est in mentibus hominum memoria, aut in Ecclesia, vel Conventu vestigium.

i. Primum Epitaphium Scoti incipiens: clauditur hic rivus &c. *de quo infra.*

k. *Addit ad primum Scoti Epitaph: facta in prima funeris ejus translatione de qua cap:* 9. *cit: ibi:* Doctor humi stratus, hac subque nola tumulatur.

l. *Secundum Epigramma ex abaco in Scoti sepulchro pendent ibi:* propria dulcedine letū venit &c. *Vide infra loc. cit:*

m. *Epigramma cit: ibi:* Carcere composito

n. Ferchius lib. 10. Apol: num. 62.
o. Ferchius cit: num. 55.

CAPUT IV.

In quo describitur superata ejusdem fabulæ falsitas, rationibus moralibus.

VLtra illas tres rationes historicas, quibus est superata in præcedenti capite Iovianæ fabulæ falsitas, adducuntur tres aliæ rationes morales, quæ licet bene non quierant ingenia volitata, persuadent tamen cum efficacia omni ingenio bene disposito. Et istarum prima est, quam fecit Scotus uti mentitus est liuor seu passio invidiæ, mortuus est frangendo sibi per semetipsum cervicem, erat necessarium, ut illi primi qui notitiam habuissent successûs sic infelicissimi, fuissent Fratres S. Francisci Coloniæ demorantes, & est moraliter impossibile ut id Guardiano conventûs fuisset ignotum. Quandoquidem non solùm à doctis viris, verùm etiam à multitudine imperita hominum notitia haberetur: & quidem: illum, qui desperatè moritur, non solùm indignum esse sacrificijs, verùm & sepulturâ Ecclesiasticâ. Et qui in loco sacro corpus tale humaret, aut offerret sacrificia publica pro ejus anima, gravissimè divinam majestatem offenderet, ac rigorosis subiaceret pœnis. Fortassis Guardianus & alij Fratres exhumarunt corpus subtilis Doctoris de loco sacro? fortassis non celebravêre pro ejusdem anima sacrificia publica? totum è contrario factum est, siquidem intra aliquos dies post obitum ejus-

dem

dem (a) insculpebatur in quodam lapide (quo ipsius cooperiebatur sepulchrum) illud tam gloriosum epitaphium, de quo superius dictum, & post aliquot annos ipsi fabricaverunt honorificum in medio chori sepulchrum (b) transferendo ad illud cum debita veneratione ipsius ossa, ubi non solùm ordinaria ejus sepulturæ absolvebant officia, at (c) pro ejus anima perpetua fundaverunt anniversaria ut constat ex uno antiquissimorum librorum in charta membranea actorum Conventûs qui hucusque in eodem conservatur Conventu. Itaque necessarium est, ut unum illorum duorum feculorum concedatur, aut illos religiosos, qui eo tempore quo mortuus est Scotus vixerunt Coloniæ, primariò superiores Provinciales, aliosue immediatè subsequentes, scientes hunc infelicem casum, fuisse indignos, eò quòd nonsolùm malitiosè transgressi sunt leges Dei & Ecclesiæ, sed etiam prosequebantur ulterius easdem spernendo, dando nimirum eidem honorem majorem, quem præstare poterant, ad ejusdem sepulchrum, & celebrando sacrificia, & eadem applicando pro eò, qui ex motivo legis eorundem incapax erat; aut historiam Jovij esse nimirùm falsam & fictam fabulam. Quales autem fratres fuerant illo tempore Franciscani Coloniæ, testatur V. Bartholomæus de Pisis (d) scriptor fidelissimus illius seculi his verbis: *Provincia Coloniensis est notabilis ob fratres magni valoris & bonitatis, & in ipsa ibi fuerunt, & sunt multi prædicatores insignes qualium fructus reperitur in regno cælesti.* Qualis fuit intentio Iovij inventionis nullus ignorat, & authores fuse (e) id demonstrant. Non credo igitur reperiri judicium sic temerarium, quod illos Religiosos tantæ virtutis, bonitatis con-

temnat

temnat ad salvandam Iovij fictionem.

Non minus persuadet fabulam, esse illam mortem impositam Scoto ipsum observare, verum etiam observare rectitudinem illius vitæ, à cunabulis usque ad obitum, uti eandem descripsimus in hac historia, adducendo testimonia gravium authorum. (f) Tam bona educatio in virtutibus, tam zelans executio legis divinæ, tam severa observantia & exacta suæ regulæ, tam ferventes Dei amores, tam frequentes religionis famulatus, (g) & omnes continuati usque ad fata, non deberent imponere ipsi & causare terminum miserabilis fictæ tamen desperationis, siquidem secundùm ordinarium cursum, & commune effatum: *qualis vita, mors est ita*, vel ut alij dicunt: *mors est, Echo vitæ* Ut enim echo voci; ita mors vitæ respondet. Si blandè vox insonuit, si ad artis & musicæ numeros; & ipsa quoque blanda, & musica resonabit echo. Sin autem absona, insulsa, aspera hiulca horrida vox intonuit; & ipsa quoque obsonum quidpiam insulsum, asperum, horridum reddet echo. Quod in voce & echone audis, hoc in vita morteq; audies. Si ad virtutis, cæli Deique numeros vita sonuit; ad eosdem mors insonabit. sin autem horridum aliquid, à bonis moribus absonum, vitiosum, triste, funestum intonuit; & illud ipsa mors intonabit, & quasi fidelis *echo* eandem vitæ vocem, eosdem seu vitij seu virtutis numeros ac modulos reddet. Stat hujus veritatis verus propugnator Avgusti: (h) *non potest malè mori qui benè vixerit, & vix benè moritur, qui malè vixerit.* Quis itaque considerata exactâ vitâ subtilis Doctoris, credet sic tragicam, ipsius mortem? quam post duo secula contumeliosè Iovius suscitavit, ego verò nolo hu-

ic sub-

ic subiacere censuræ, omnique persvadeo magis evidentiam veritatis, quàm falsitatis sequi.

Approbat cum majori stimulo illam esse fabulosam mortem ardentissima devotionis flamma erga matrem supremi unius Dei, quali semper ardebat, (h) cor subtilis Doctoris. Et illud esse primum mirandum, dum defenderit in scholâ honorem ipsius ac famam restauraverit in Ecclesia opinionem innocentiæ originalis, & plantaverit in cordibus fidelium veritatem mysterij Immaculatæ ejusdem Conceptionis, & sic completo opere, vitæ etiam suæ complevit cursum testimonio piissimi Ioannis Eckij, [k] *postquam in una disputatione publica concluserit Scotus Mariæ originalem innocentiam, ab illo nunc paulatim decidendo consumavit vitam.* Estne credibile ob hanc pietatem Mariæ, immediatè horrendam evenisse mortem? essetne hæc pietas? [l) favor, succursus, adjutorium Mariæ erga suos devotos, relinquere eos in gravissimo extremo & inaudito periculo? est ne possibile eum, qui promulgaverit Virginem Sanctissimam immunem esse à lege mortis, esse desertum ab ipsâ, ut subiaceat uni successui sic infami? illum, qui ipsam defendit præservatam à culpa in primo instanti, non debere experiri ab eadem in ultimo suo momento protectionem. Defendebat subtilis Doctor Altissimi matrem ante præsentiam hominum, & illa non debuit ante tremendam Dei Majestatem defendere eundem ab omni infortunio? contraria sententia non possidet locum in prudentum ingenio, imo quilibet cum Bernardino [m] afferet, *sicut à te despectus & auersus necesse est ut pereat, sic ad te conuersus reversus, & à te respectus impossibile est ut pereat.* Et ego assero, licet si sepelitur vivus noster sub-

tilis

tilis Doctor & permaneret in angustijs unius stricti fornicis derelictus ab omni humano succursu, uti narrat fallax & ficta Iovij fabula, assisteret tamen ipsi Sanctissima Virgo, & miraculose eum liberaret à tam inaudito periculo. Mihi dat motivum id affirmandi, tutela B. V. Mariæ, quam in simili casu amoris pluribus exhibuit, quos elegit ad restaurandum mysterium cultûs Immaculatæ Conceptionis. Venerabilis Abbas Heluinus instante periculosâ procellâ fuit eliberatus à profunditate maris uno miraculo evidenti, ut evaderet ille primus qui in Anglia institueret & promoveret festivitatem Immaculatæ Conceptionis SS. Virginis, teste [n] S. Anselmo. Ille Canonicus postmodum anachorita, qui cæpit celebrare in Gallia eandem festivitatem, tertio die postquam sepultus fuerat in voraginibus sequanæ (sic nominati fluminis) apparuit ei Mater misericordiæ ipsumq; revocavit ad vitam, ut propalaret cultum ejusdem originalis innocentiæ, uti ipsemet Anselmus [o] refert. Veneranda Beatrix de silva [p] quæ à Regina Elisabeth sponsa Regis Joannis secundi Castiliæ ob exosam invidiam & inconsulta judicia fuit sepulta viva in quodam stricto armario ex muro extructo diu ibidem detenta absque cibo & potu, reductæ vero ad ultimum ac infelicem terminum apparuit Regina cæli vestita habitu, quo hucusque utuntur ejusdem filiæ, tunicâ albâ & pallio coloris cinerei, expletis tribus diebus eandem ab illa angustiarum liberavit tumba, constituens fundatricem religionis Illustris Monialium Immaculatæ Conceptionis, cujus sacer cultus illustravit famam mysterij. Si itaque his personis, quæ aliquomodo fuerunt primæ in introducendo cultu illius

immunitatis in tantis periculis astitit B. V. M. & easdem miraculosè à sepulchris liberavit antequam aliquid obsequij ei prius præstitissent; Scoto primo introductori hujus mysterij in scholis & ejusdem restauratori in tota Ecclesia, postquam illud in cordibus fidelium radicaverit circumdato tantis molestijs, repertoque in simili casu nonne assisteret, & eundem liberaret cum evidentia alicujus miraculi utpote ei faventissima Domina? nullus affirmabit eandem majus illis præstitisse beneficium, qui de futuro inservire voluerunt, quàm illi qui de præsenti actualiter, imo defacto jam inservivit, usque ad exspirationem vitæ, itaque contrariari huic potius esset vitium blasphemiæ, quàm officiosi obsequij.

Palam fecit subtilis Doctor punctum redemptionis præservativæ ob motivum defendendi pium B V. Mariæ nomen, ad majorem gloriam sui Redemptoris, itane Maria tota grata permisisset cadere eum in similes angustias non præstito ei adjutorio? minime: imò eum præservâsset ab his & similibus periculis, ut cum majori gloria sit ejusdem defensor. Illa enim liberando suos devotos à periculis, eosq; animando fecit gustare suam bonitatem [q] *qui operantur in me non peccabunt, qui elucidant me vitam æternam habebunt.* Itaque Scotus [r] animosè docendo, disputando, scribendo, per seipsum & suos sequaces ejusdem doctrinæ, defendit Immaculatam Conceptionem Matris ipsius Dei, & sic bene operatus pro Nomimine Mariæ eandemque aliquo modo illustravit. Ex his facilè inferri potest, sicuti cum adjutorio hujus dominatricis ejus vita inculpabilis erat, sic mors felicissima censeri debet, ut ille: qui cum tanta devotione illustravit principia Mariæ Virginis,

ginis, illius intercessione, felici fine potiatur, & sicut Scotus in pomposa disputatione defendit existimationem gratiæ originalis Genitricis Dei contra primam culpam oppositam ei, sic Genitrix Dei cum grata vicissitudine per faventes sibi famam subtilis Doctoris contra ultimum excessum, quo injustè reddebatur culpatus, defendit.

a *Ex codice manuscript. antiquiss. existente in Biblio: Franc: Colon: in 3. pluteo inter G & H. apud Ferch in Vita Scot: cap: 8 num: 18.*

b *Vide infra cap: 8. num: 1. & 2.*

c *Ex lib: membraneo sacrarij S. Franc Colon: antiquiss: in quo scripta sunt nomina eorum pro quibus anniversaria celebranda sunt, apud Frech lib: 1. Apol: num: 8.*

d *Bartol: Pisan in opere conformit 11. fruct: p. 2. agens de Provincia Colon.*

e *Supra in hoc lib: cap: 4.*

f *Suffragantur omnes authores sparsim per totam hanc histor: contra æmulos cit.*

g *Vading: in Vita Scoti cap: 14. num: 60. dicens*: per omnem vitæ integerrimæ cursum, nullum invenio, qui vel minimum nevum obijciat.

h *S. Aug: lib: de doctrina Christ.*

i *Vide supra lib: 1. cap: 7. 9. 12. & lib: 2. cap: 5. & 6.*

k *Ioan: Eckius in suo chrisop: cent 2. in appendice.*

l *Ex Matth: Ferch: lib: 2. apol: in Bzovium n. 51.*

m *S. Bernard: apud Ferch: cit.*

n *S. Anselm: epist: 1. ad Coepiscopos suos de Conceptione B. M.*

o *S. Anselm epist: 2. de Concept: B M.*

p *Referunt Franc: Gonzaga de orig: Franc: vestig: p. 18. Conceptionistarum sororum institutio &*

Anton: Vasconcell: in Anacephalosi. Regum Lusitania in descript Regni titi sacra Virginis n. 16.
q *Eccli: 24. num: 31.*
r *Ex Matth: Ferch: lib: 1. apol. num: 4.*

CAPVT V.

In quo describitur progressus convincendi falsitatem fabulæ, per ipsas ejusdem circumstantias.

QVantumvis sit facile fingere, difficilè tamen cum tali arte fingere, ut in ipsis narrationis circumstantijs non appareat falsitas, & cognoscatur mendacium. Ideoque homines insignes ad convincendam aliquem falsitatem injuriosarum fabularum usi sunt circumstantijs prævalentibus. His superavit Daniel [a] falsum testimonium duorum judicum contra castam Susannam, cujus innocentiæ veritatem apparere fecit. His & nos vincemus Iovianam fabulam sequendo volatum Aquilæ Africanæ. Circa sepulchrum Christi sparsa fuit quædam fabula [b] empta (cujus mercaturæ est antiquus contractus) ad obscurandam Resurrectionis Christi gloriam, pro qua Iudæi pretium dederunt custodibus sepulchri, ut dicerent: *illis obdormientibus, venerunt ejusdem discipuli, & abstulerunt corpus ejusdem.* Sed phænix ingeniorum Augustinus [c] convincit falsitatem istius sacrilegæ fabulæ, ipsismet ejusdem fabulæ circumstantijs, sic eos improbans: *o infelix astutia, tantam deseris lucem consilij; pietatis & in pro-*

funda versutia demergeris, ut hoc dicam, dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli ejus, & abstulerunt eum : dormientes testes adhibes, verè tu ipse obdormisti, qui scrutando talia, defecisti Verba omnia applicabilia Iovio, qui ad obscurandam nostri subtilis Doctoris famam, finxit circa ejusdem sepulchrum quandam fabulam, sed prætermisit examinare circumstantias, nullum citando authorem, de quo potest dici, eum adduxisse testimonia sopita. Examinemus nos istas circumstantias ad convincendam ipsius falsitatem & ad reddendum eundem dignum D. Avgustini improperio Incepit Paulus Iovius suam narrarionem præcedentibus [d] istis elogijs Scoti, qui ardendo Christiana pietate professus est religionem S. Francisci, quòd nullus tractaverit de mysterijs acutiùs Divinis, & subtilius ipso, qui edidit mirabiles in lucem libros, qui fundavit novam scholam sub proprio nomine Philosophiæ & Theologiæ, postmodum verò de isto homine quem confessus est insignem, dicit: *quod ipsi Deus mandaverit unam apoplexiam, & qui cum fuerit indicatus uti mortuus, statim magna celeritate sepultus est* : hic ego illud addo, quod omnibus notum est [e] & præmissum est à Iovio, subtilem Doctorem mortuum esse, in civitate Coloniæ Agripinæ in Conventu S. Francisci Octava die Novembris anno Domini 1308. Itaque verum non est in hac civitate celebri metropoli [f] Germaniæ inferioris medicos defecisse ad sanandum insignem, & existimatum à cunctis hominem Nec est credibile, religiosos acquisitos eximijs suis virtutibus magnum famæ nomen cum magno affectu illius sequentes doctrinam aliquid ei non præstitisse, videndo eum

 oppres-

oppressum, repentinâ aggressione. In hoc casu absque dubio, medici fecissent ordinarias probationes apoplexiæ ejus, vtrum mortalis erat nec ne? explicando terminum ordinarium istorum malorum; in his autem curis necessarium erat, ut aliquot intervalla præterijssent temporis, sicque solutus permansisset ab illo deliquio, sed volo in hoc omnes supersedere medicos, & ipsum declarare mortuum. Post hanc declarationem in conventu sic insigni ac numeroso uti illo S. Francisci Coloniæ, qui tempore [g] subtilis Doctoris alebat plures quàm ducentos fratres non poterant celebrari officia funebralia pro subiecto tam insigni, suo nimirum charo magistro, post solutas ceremonias, quæ fieri solent pro omni religioso uti exuere, lavare corpus, induere, collocare eundem in feretro, portare ad capitulum aut chorum, & finaliter vigilias supra eundem cantare secundùm praxim usque in hunc diem in seraphica religione? Die sequenti juxta tempus debitum [h] relictus Scotus post fata tot discipulis habitis Coloniæ, non solùm religiosorum, verùm etiam secularium, absque ullo dubio fuerat numerosus concursus [i] ubi religiosi ejusdem fratres celebravêre officia cum omni solennitate sepulturæ. Et iterum est ne possibile, in tam magno temporis spatio, post probationes multorum medicorum, cum lotione corporis, cum despoliatione vestium, cum indumento de novo, cum turba tanta populi non cognosci in uno homine tam juveni aliquod signum vitæ, si casu haberet eandem & dicet Iovio addictus, in quibusdam locis occultabant aliqui multis diebus vitales suos spiritus servatâ solâ apparentiâ mortuorum, sed iste est unus recursus ad prodigia naturæ, ut fabula per-

mane-

maneat viva: saltem convincitur clarè ut falsum principium, in quo fundavit suum robur & vim dicendo : *Scotum fuisse sepultum cum magna celeritate* sed obruto fundamento ruet quoque tota integra fabrica.

Remanet efficatiùs convicta commenti hujus fabula per circumstantiam : est modus communis & perpetuus religionis seraphicæ in sepeliendo, ligare pedes & manus, ut cum decentibus compositionibus portent cruces super pectus, & non possint disiungi in sepeliendo. Et ultra hoc in Provincia Coloniæ ob consvetudinem [k] ponunt sub cadavere tabulam longitudinis corporis humani, cui ipsum alligant, & sic ligatum sepeliunt. Igitur supponamus hominem sanum, & robustum esse positum hac forma alligatum, non in angustijs unius sepulchri, sed in planitie spaciosa excellentis & nobilis aulæ, certum est seipsum non posse movere, & multominus stare in pedibus suis, clamare, seipsum reverberare, & ferire suum caput. Igitur quomodo Scotus sepultus in hac forma [concesso etiam quòd fuisset in fornice, seu sepulchro concamerato] infirmus & quidem infirmitate gravi, qui stetit tanto tempore sine aliquo minimo signo vitæ, potuerat se erigere in suos pedes, aggredi finem sepulchri, reverberare seipsum & mortaliter ferire, jam videtur esse impossibile. *Sed dicet aliquis* : Scotum sepultum solutum contra modum communem Ordinis, & Provinciæ, ut habeat locum Ioviana fabula. Ach ! quæ majores inventiones fingi possunt ad salvandam mentem & fabulam Iovij.

Dicet adhuc plus; Scotum scilicet stetisse magno tempore clamando, & pulsando ad lapidem sepulchri. Advertite, qualis fictio ? duo sepul-

chra habuerat Scotus, unum in ingressu sacrarij [i] in quo fuit sepultus primariò, alterum in medio chori, ad quod post aliquot annos translatus fuerat [m] eligat Iovius quod ipsi magis arridet pro centro suæ fabulæ. Ambo manent in locis celeberrimis frequentatis à religiosis, Eorundem ingressus à parte sacrarij. & est communis transitus per Ecclesiam & chorum quod spatium est ad latus altaris majoris. De choro jam habetur notitia, qualis frequentia hominum fuerit eadem die, & nocte in religione S. Francisci præcipuè in Conventibus insignioribus, & in Conventu observandissimo [n] uti erat illis temporibus Coloniensis, in quo permanebant plures quàm ducenti fratres [prout supra notatum est] nunquam deficeret, qui die noctuque assisteret, secundùm morem nostræ Ecclesiæ ac religionis, quia in omni Conventu, in quo est sufficiens numerus fratrum in templo aut choro repertur aliquis. Itaque tam impij & crudeles fuissent fratres supra tam insignem & charum fratrem suum Magistrum per quem adepti tantum decorem, famam, gloriam, eundem audiendo miserabili voce clamantem longo tempore, si non moti fuissent ad exhibendum eidem succursum, non aperiendo sepulchrum, imò ipsum permittendo sic infelicissimâ perire morte.

Tandem hoc dilemmate concludo [o] si Scotus tanto temporis spatio clamaverit expostulando succursum & se appropinquaverit portæ aut lapidi sepulchri, aut sensu fuit perceptus, aut non? si non fuit, ergo illa testimonia sopita, quibus convincitur fabula cum D. Augustino; si fuit sensu perceptus, cujus qualitatis fuisset ille, uti finxit Iovius, qui subtilem Doctorem audiret, clamantem;

tem; nec juvaret. Cæterum si quisquam adeò immanis & immisericors esset, ut tali homini, viro famoso ac Doctori præstantissimo, tunc miserabiliter expostulanti succursum gratiæ, denegaret; eundem tyrannum ejusmodi inter religiosos reperiri, (quod impossibile est) videtur. vel si aliquis levitati aut timori deditus, instante nativâ pectoris sui formidine si non per se saltem per alios Conventûs ejusdem Fratres sepulto ad vocem ejus clamorosam & lachrymabilem auxilium non daret, nec moveret suppetias, unam sine fundamento chymeram existimo. Ad extremum si aliquis homo prudens audito planctu & voce lachrymabili subtilis Doctoris adijsset sepulchrum & cùm non posset movere lapidem, ad convocandos plures moveretur fratres; scotus verò tunc impatientiâ ductus in tanto gemitu non expectando succursum desperata ultimatè abuteretur ratione, ut sibimet ipsi immisericors frangeret cervices, non est quid imaginabile.

a *Daniel: 13. num: 54.*
b *Math 28. num: 12.*
c *S. August: super psalm in psal: 63. num: 7.*
d *Paulus loui loc cit.*
e *Monumenta antiquâ Coloniæ & omnes ferè auctores agentes de Scot.*
f *Iacob Midendorpius de Academia Colonensi.*
g *Ferch: lib: 1. Apol: num: 491.*
h *Omnes auctores communiter.*
i *Marian: Florent antiquus historicus lib: 3.* *sua historia cap 15. ait:* Scotum honorificè sepultum & in magna veneratione habitum esse
k *Ex Derm c Thad. in Nitel. Francis: relig: folâ. 69. & Lucas Vading in Vita Scot. cap: 9 num: 38.*
l *Trith: cit: in chron: Hirsaugien.*

m *Milman: citat: in chron: Coloniens.*

n *Bartholom: Pisan: in oper conform: cit.*

o *Ex Matth: Ferch: lib: 2. Apolog: in Bzovium num: 44.*

CAPVT VI.

In quo describuntur motiva excogitatæ fabulæ, circa mortem subtilis Doctoris.

ADmiror sanè unde exorsus est Iovius hujusmodi fabellam. Nisi fortassis ea, qua per universam suam historiam usus est, fingendi licentiâ, ac voluit; quæ de Zenone Isauro Imperatore legit, Scoto etiam in alicujus gratiam attribuere. Hæc enim ipsa quæ de Scoto Iovius refert, scripsit etiam Evagr. [a] de Zenone. Narrat ex authore Baronius [b] eum comitiali morbo quo crebrò laborabat arreptum, pro mortuo habitum vivum sepultum esse, cum verò è sepulchro lamentabiliter, domesticos & satellites imploraret, prohibente Ariadna uxore, cui invisus esse cæperat, ne quis monumentum aperiret, miserè perijt, sui ipsius lacertis, & caligis quas gestabat comestis, sicut post compertum esse Cedrenus narrat. [c] Quid si Iovius pro suo arbitrio & libertate scribendi Scotum nobis pro Zenone supponat? aut hominem pium, sibi tamen, vel suis infensum, demigrare contendat infami morte scelerantissimi Zenonis? Quid si aliunde fortassis error hic exortus est? Sanctissimum invenio virum Geronem Archiepiscopum Coloniensem [d] cujus electioni ex Angelica monitione summus Pontifex consensit, & consecrationi interfuerunt S. Petrus

& Ambrosius oleum infundentes, in extasim a-ctum, hærentemque diutius immobilem, à Valmaro Diacono Episcopatum ambiente vivum tumulatum esse, ductus tamen tanti sceleris pænitudine Valmarus post Episcopalem obtentam sedem Romam venit, & à Pontifice ea ratione absolutus est, ut aut novum institueret monasterium, aut vetus aliquod in sua diæcesi instauraret; cænobium itaque D. Martini Coloniæ reparavit, & bonis multis pro religiosis ex Scotia adventantibus dotavit. Non immeritò Matthæus Ferchius [e] hinc prodijsse putat errorem: dum enim monasterum Scotorum audierunt populares, ob hominem vivum sepultum, fuisse constructum: facilè suspicari aut dicere potuerunt, & vulgari spargere rumore, propterea illi peregrinæ nationi datum grave Coloniæ domicilium, quia aliquem suæ gentis sepulchro vivum iniecit. Sic itaque Scotum vivum tumulatum fuisse facilè credi potuit, & à viro Scoto ad Ioannem Scotum brevi morbo sublatum, translatam esse fabellam ex errore prognatam. Ego mihi persuadeo, vel ex dentato calamo Iovij, vel ex ignorantia quadam supina merum hoc prodijsse figmentum. Non desunt qui honorificentiùs mortis genus excogitârunt ex Bernardino Senensi, dicunt enim quòd Scotus veluti alter Moyses sepultus sit in extasi constitutus *jubente Domino deut: 34.* Nam Daniel Pergulius homo magis devotus quàm doctus [f] attendendo prædicanti S. Bernardino Senensi Patavij habuit curiositatem notandi ipsius sermones, quos à S. percipiebat Bernardino. Sed S. Bernardini hoc testimonium videtur suppositium, prout asserit *Ferch: pag: 79. cap. 10. num: 37.* Tum quia in Ethruriæ Castillione manuscripta servantur

tur apud Francifcanos Conventuales opera S. Bernardini Senenfis, neque tamen inter fermones ejus extraordinarij reperiuntur. Tum quia ftilus S. Bernardini ex 1. 2. ac 3. tomo eft clarus, fed purus; at fermones extraordinarij & 4. tomus tam diftat à ftylo Bernardini, quàm à cælo terra, eft enim oratio horum fermonum tetra, barbara, incongrua, & cortice ruftico, fcabrior. Tum quia *in ferm. 11. cart. 62. colum. 1. linea ult.* citatur factum S. Bernardini, quod verifimile non eft à Bernardino citatum, & *cart. 106. à 107.* apparet opus effe fcriptum à Daniele Pergulio, atque initiò tomi 4. ad lectorem conftat, plura tum addita, tum detracta dictis ejufdem fancti, cujus conciones Daniel prædictus excipiebat, ut ait, quæ narratio ex additis Doctori adfcribitur. Et in publicatione ultima, cujus facit [g] Pater Ioannes de Haie mentionem, in prologo ad lectorem nunquam his jactabant fermonibus Francifcani, nec eos reputabant pro operibus S. Bernardini. Et licèt aderat illis occafio imprimendi hos fermones cum ejufdem fcriptis, femper tamen contradicebant veritati eorum ac editioni propriæ. Ex quo apparet fidelitas Minorum non approbandi fuis authoribus aliena opera. Itaque rupto filo, ruptus manet & totus nodus, confequenter laqueus pro nodo infolubili propofitus, illo pereunte, evanuit, affirmando hos fermones S. Bernardini fuiffe. Hinc redeundum ad Scotum: ifte Daniel Pergulius in primo fuo fermone extraordinario [h] narrat fæpenumero evenire fubtili Doctori elevationem fufpfius in extafes fic mirificas, ut totaliter appareat mortuus, cujus fratres non habentes notitiam, fed credentes verè mortuum, fepelierunt vivum in illo

mentis

mentis excessu, sicque suffocatus terrâ mortuus est. O quam honorifica mors? mori illum alterum Moysen [i] *in osculo Domini*. Si sæpissimè accidebat Scoto ille excessus mentis seu extasis, quomodo Fratres ejusdem carebant notitiâ? siquidem continuò secum loquebantur facie ad faciem? sed recurrere possumus ad alia fundamenta exquibus conjecturare licebit, & arguere seu inferre motiva excogitatæ fabulæ circa mortem subtilis Doctoris:

Primum fundamentum, est indubitabilis echo per universum orbem Scotum restaurâsse Immaculatæ Conceptionis Mariæ sententiam, quam primus introduxit in scholas, & hæc ab ejus tempore huçusque permanet. [k] In hoc puncto eundem sequuntur ac tuentur invariabili constantia Franciscani & omnibus notum est hanc prioritatem & sequelam [l] causare non parvi momenti contra subtilem Doctorem æmulationem.

Secundum Fundamentum, magis notum, [m] aliquos opinionis contrariæ virginali innocentiæ Mariæ se ingerere, defendendo proprium arbitrium, oneratâ tamen piâ sententiâ & auctoribus ejusdem injuriam inferendo taliter, ut etiam dedecus sit eloqui eadem, quæ sine motivo protulerunt. Et si fecerunt id homines sapientes, qui hæc ediderunt typis, à fortiori quid fecerunt insipientes cum passione majori & minori scientia? testimonia sunt Apostolicæ Bullæ emanata factaque ob scandala, quæ ex tali motivo traxerunt originem [n]

Tertium Fundamentum, & magis certum, quòd solùm ab illo tempore, quo hæc pia sententia cæpit obtinere in Ecclesia Dei approbationes, adinveniebantur authores scribentes certas particula-

ritates

sitates circa mortem subtilis Doctoris: quorum primus primamque scripsit particularitatem (Scotum fuisse mortuum causâ apoplexiæ) Bergomensis [o] qui opera sua luci obtulit, anno Domini 1486. & alter [p] Daniel Pergulius de morte extatica tradens sermones in publicum anno 1493. post omnia extravagantia Sixti IV. [q] quasi duobus seculis à morte subtilis Doctoris, nullus reperiretur author qui aliquid particularis de ipsius scripsisset morte, sic omnes particularitates postmodum promulgatæ & auctæ convincuntur ut fabulosæ secūdùm superius dicta. [r] Nec est minoris certudinis eas, rarosque successus scriptos sequenti seculo de morte subtilis Doctoris, esse voces vagas & fabulas multitudinis imperitæ [s] quod probatur *primariò*: nam auctores [t] qui post tot annos fuerunt primi ad scribendos hos successus, & particularitates, nullam faciunt mentionem, undenam traxerint originem ejusmodi novitates? quandoquidem deducere non poterant ex memorijs antiquitatum Coloniensium, easdem nec videntes, nec legentes, eò quòd omnes Itali erant, inscij rerum actorumque Germaniæ, quibus hæc singula inscripta erant, sicuti Bergomensis author apoplexiæ, Daniel Pergulius mentis commotæ seu extaticæ, & Paulus Iovius, redeuntis subtilis Doctoris ad vitam, & inferentis sibi in sepulchro mortem. *Secundariò*, ut alij sincerè fatentur [u] ex rumore promulgato multitudinis imperitæ seu plebis, has emersisse fabulas juxta dicta Sabellici: *audio quod depradicantur Volaterrani scripta: dicitur tamen, non est ibi certitudo. Genebrandi registra* narrant. Ultimatè certum est, fabulas circa mortem nostri subtilis Doctoris originem traxisse [x] quò pia senten-

sententia exaltata est, generales obtinendo approbationes à matre Ecclesia. Quod totum clarè ostenditur hac circumstantia temporum, quibus unum & aliud factum successit. Prima approbatio generalis quam obtinuit sententia Immaculatæ Conceptionis Mariæ, facta fuit in Concilio Basileæ anno Domini 1435. [y] ubi definitum fuit illam sententiam piam esse, & consonam cultui Ecclesiastico fidei Catholicæ, rectæ rationi, sacræ scripturæ, & eandem esse approbandam & acceptandam ab omnibus christianis. Et ecce quàm primum fuit publicatum istud decretum & acceptatum [z] à Gallia & Germania, stitim cæpit excitari rumor, Scotum fuisse mortuum morte violentâ unius apoplexiæ, & cùm fuerit sparsus à plebe, scripsit eundem [a] Bergomensis ab anno 1476. usque ad annum 1483. Et tunc in publicum prodierunt omnes Sixti IV. in favorem Immaculatæ Conceptionis Constitutiones [b] in quibus approbavit officium ejusdem festivitatis compositum à Leonardo de Negarolis cum demonstrationibus præservationis, concessitque omnibus illud recitantibus, aut assistentibus horis Canonicis in solennitate Conceptionis, ac per ejusdem Octavam, indulgentias, concessas ipsi Octavæ Corporis Christi Domini: approbavit similiter illud officium compositum [c] à Bernardino de Bustis. Condemnavit illam interpretationem [d] Ecclesiam solùm scilicet celebrasse Conceptionem spiritualem Mariæ, & pariter condemnavit illas censuras [e] quas authores oppositi piæ sententiæ adducebant, reprobando easdem utpote falsas erroneas veritati dissonas. Unde eodem tempore invaluit rumor, Scotum fuisse sepultum vivum, cui se injunxit mors extatica descripta à Pergu-

lio [f] ab anno 1501. usque ad annum 1506. Alexander VI. [g] confirmavit extravagantia Sixti IV. *Grave nimis.* Et approbavit Religionem Monialium Immaculatæ Conceptionis [h] Iuliusque secundus eandem confirmavit, contulitque gubernio Fratrum minorum (i) uti specialibus defensoribus & athletis mysterij (k) anno 1515. quando celebrabatur Concilium Lateranense sub Pontificatu Leonis X. Thomas de Via Cajetanus scripsit (l) contra Immaculatam Conceptionem quam scripturam dedicavit summo Pontifici, & retulit Concilio ut hæc causa determinaretur, ac decideretur, sed ubi contrarij mysterio, meliorem sibi ex opposita sententia inaugurabant fortunam, determinatum erat observare silentium ex utraque parte, declarando posse piè credere virginem fuisse sine culpa originali conceptam: unde mox progreditur in aciem fabula Iovij; conjuncta antecedentibus (m) illis terribilibus circumstantijs, nimirum redivivum in sepulchro Scotum, strepitum facientem, clamantem infligentem sibimetipsi ad lapidem ictus, & finaliter esse mortuum, concusso sibi capite. Anno 1546. emanavit Concilij Tridentini (n) decretum ubi declaratur ipsius non esse intentionem comprehendendi in generali regula peccati originalis Immaculatam Virginem Matrem Dei, & renovat Constitutiones Sixti IV. declarans observare decretum, quod illustravit certitudinem piæ sententiæ, sicut videri potest in scriptis de hoc mysterio: quo audito statim promulgatum est per plebem, additamentum fabulæ Iovij, quomodo Scotus momorderit proprias manus in sepulchro juxta relationem Genebrardi. (o) Anno 1616. Pijssimus Monarcha Hispaniarum Philip-
pus

pus III. ut det remedium & medicamentum scandalis, quæ ob defensionem opinionis contrariæ in illis irrepserant regnis, misit Romam suum extraordinarium legatum, ad investigandum & expetendum nomine suo à Summo Pontifice, aut definitionem istius mysterij, aut remedium obviandi his malis, unde anno 1617. Paulus V. expedivit unum decretum [p] quo indixit perpetuum silentium actibus publicis suggestûs & Cathedræ in opinione contraria pij mysterij: quo facto in hac materia excitare curat novum fomentum fabulis Romæ quidam anonimus (q) author in suis annalibus Ecclesiasticis. Tenebat jam completum hoc tempore tomum ad dandum eundem typis, in quo tractare non poterat juxta fidelitatem historiæ de morte Doctoris subtilis Scoti, quia non attingebat annum 1308. in quo juxta omnes historicos de hac ad aliam subtilis Doctor migravit vitam: & sic totum posuit in perturbationem scripsitq; mortem subtilis Doctoris (r) anno 1294. diminuendo eidem 14. vitæ annos, nihil curavit quatuor evidentes committere falsitates, unam [s] circa annum, quo mortuus est Scotus; secundam circa Pontificem, qui illo tempore rexit Ecclesiam; tertiam circa Imperatorem, qui regnabat intra illius temporis spatium, ultimam circa ipsum, quem habebat. Omne illud quod scriptum ex intentione anonimi est testimonium [t] Patris Desmitij Thadæi hominis magnæ notæ illis temporibus commorantis Romæ, affirmantisque se scivisse ea non solùm per effectum notorium operum, & per affectum cognitum subiecti, sed adhuc per relationem fide dignam sibi communicatam ab illis, qui notitiam habere poterant. Ultimatè ut cognos

vit Breve Alexandri VII. [u] declarantis cultus hujus mysterij [x] in suo libello ubi nulla habita occasione tractandi de morte subtilis Doctoris descripsit de novo fabulam, ut melius intelligeretur & æstimaretur ab omnibus.

Iudicet modò pietate perfectior, unde originem traxêre [y] tot fabulæ circa mortem subtilis Doctoris. Ego consolido fundamenta. Scotus ut primus defensor & athleta Immaculatæ Conceptionis Mariæ in scholis, fieri debuit objectum æmulationis; multi enim ex oppositis mysterio defenderunt suas sententias cum fictionibus ac opprobrijs. Principium sumpsit fabula quando fuerat prohibitum posse denominare opinionem Scoti esse hæresim: accedebat majus incrementum calumniarum passo, eò quia sententia triumphans extollebatur: renovando eam ad vindicandos ejusdem triumphos, permiserunt se ipsos consultò evidentibus obvolui, & præcipitari falsitatibus ob non differendam ulteriorem vindictam: fuerunt natæ fabulæ, post tantos annos solùm à vocibus malè fundatis, multitudinis imperitæ seu plebis simplicis. Igitur quis erit ille superseminans zizania hâc fallaciâ supra purum frumentum virtutis, quod seminavit ipse agricola Altissimus supra agrum subtilis Mariani Doctoris? observet cui placet, si ibi fuerit illo tempore aliquis homo inimicus, quod ego totum remitto alto judicio benigni lectoris. Michael Oyerius Augustinianus est hujus opinionis [z] ob causam Reginæ Angelorum tantas calumnias subtilem Doctorem fuisse passum; illud tamen, certum est quòd fuerit ibi, qui hac de causa sepelivit vivum in suis scriptis quatuordecim annis primùm antequam mors vera advenerit Doctori? ignoro jam

quid

quid agam, vtrum appellaturus sim meum magistrum istius mysterij martyrem, eò quia propter idem tantas in vita passus est perturbationes, quantas & in morte injurias. Et hæc est origo hujus fabulæ, sed quia (juxta commune effatum) nullum reperitur mendacium etiam rusticanum, quod prolem non inferat alicujus veritatis ex se oriundæ, claritatis gratiâ, unde necessarium est hujusmodi inquirere parentem, qui talem mendacij progeneravit sobolem, sed invenio difficultatem in hac materiâ [a] observatis tamen scriptis authorum illius seculi proximorum morti subtilis Doctoris, observatisque omnibus memorijs antiquitatum Coloniæ, primis epithaphijs ejusdem sepulchri, & archivijs Conventûs, quæ sunt signa, notitiam, & certitudinem hujus præseferentia reperitur fundamentum excogitatæ fabulæ mors nimirum repentina in florida ætate: ut fabulosum tamen evanescit. In uno solùm ex antiquis epigrammatibus [b] quæ erant apposita sepulchro, scribitur veloci passu mortem venisse, exprimendo tamen venisse eandem cum propria ejusdem dulcedine, & vult hoc epigramma cum illo *rapt m* certiorem de morte subtilis Doctoris reddere notitiam, non esse eundem nimirum repentina morte defunctum, sed ablatum ab ea in florida vitæ suæ ætate, tam insignem Marianum Doctorem, quando cum majori desiderio maturiores expectabantur fructus, & hæc est communis phrasis, [c] quasi narratur fuisse mors Joannis Duns Scoti, quâ etiam usa est ipsamet scriptura ad commemorandam juvenis justi mortem dicendo. *Raptus est*, [d] quod confirmat illius primum epitaphium [e] in quo legitur esse mortuum teneris in annis, unde communis dolor quo afficiebantur Fratres Mino-

res illis temporibus durabat usque [f] ad hæc secula, quòd nimirum eundem mors abstulerit in juventutis flore, tam eximium magistrum, quibus si floruisset longiùs, suæ vitæ & ætatis spatium, reliquisset dispositam in summa perfectione suam eminentem doctrinam : potuit evenire hujus mortis acceleratæ motivum fingendi primam apoplexiæ fabulam, investigatio scilicet tam festinæ mortis subtilis Doctoris, quo viso æmuli eundem esse mortuum repertinâ morte cum apoplexia affirmârunt, & hanc ordinariè esse causam communiorem improvisæ mortis finxerunt.

Sed quod motivum assignabis fingendi eundem fuisse sepultum vivum? in rebus similibus extra spheram rationis non solet habere majus fundamentum malitia, quàm suum velle, attamen scivit adinvenire fundamentum [g] subtilitas sed non Scotica, acutia, argutia, diligentia, vel insolentia versipellis ingenij. Undæ fabulæ Iovij non occurrit quærere fundamentum [h] quia fuit sola licentia fingendi, sparsa enim fabula (fuisse Scotum sepultum vivum) ab uno ore ad aliud æmulorū cooperta erat veste repentinæ apoplexiæ attrita, & eò, quòd orbitate incultoque vestita manebat tegillo, non fuit scriptor eam sibi adoptans in filiam, ideo fuit necessarium venisse Iovium, vel fuisse ab alijs expetitum, ut tali occasione sibi copularet amicos illam obtegendo his circumstantijs, referendo Scotum redivivum in sepulchro vociferantem, sibimet ipsi inferentem ictus, frangentem cervices capitis, eandemque condecorando floribus suæ subtilis eloquentiæ, ob quam non solùm fuit benè visa ab æmulatione, sed etiam ab illa literatura, quæ se permisit trahere ab affectatione verborum. Et

cùm

cùm aperta fuerit sagaria, unde Iovius extraxit telam ad vestiendam hanc fabulam: patuit falsi tas fabularum, adinventa est in fundamentis veritas, discussa sunt motiva, vestigia in publicum sunt prodita, quibus suam scivit dirigere viam & fingere fabulas, circa subtilis Doctoris mortem malitia. Remanet ergo triumphans relatio integra veritate plena, quam feliciſſimus finis Doctoris Mariani, in primo capite, evulsam ex historicis antiquis Coloniensibus, ex epitaphys ejusdem sepulchri, ex memorijs antiquitatum Coloniensium approbatam judicio recentiorum majori declarat evidentiâ In convincenda falsitate fabulæ Iovij, certamen intuli, causâ inquirendæ veritatis & ampliandi honoris Mariani Doctoris, quibus compertis, scholæ ejus palam prolato iniquè rodentium mendacio commisi prælium non ob alias rationes, sed propter veritatem solam quia in alijs partibus mors [i] improvisa aut violenta à mundo ærumnosa dicta non est indicium culpæ, nec diminuit famam, honorem, existimationem sanctitatis. Quis condemnabit filios S. Iob [k] qui instantibus repentivis ruinis unius domus uno tempore sepulti fuêre & vitâ privati sunt? Simeonem Stilitam occisum fuisse ful mine? [l] cujus animam vidit S. Julianus Abbas ab Angelis potatam in paradisum. Sanctum Agonicum [m] à leonibus discerptum? Sanctum Belinum [n] fuisse laceratum à canibus & tamen singulos pro sanctis habitos fuisse? Gironem Archiepiscoptum Coloniensem [o] juxta narrata superius, fuisse sepultum vivum in quadam extasi, & suffocatum ab ambitioso suo Diacono? hunc tamen celebratum & habitum esse uti hominem Sanctissimum. B. Giordanum Generalem

neralem Ordinis Prædicatorum mortuum esse submersum? [p] & tamen numerari eundem inter habitatores cæli. Andræam Avelinum clericorum Regularium Theatinorum appropinquantem se altari, causâ celebrandæ missæ, fuisse obductum apoplexiâ qua ratione fuisse mortuum eadem die? & tamen ab Urbano VIII. (q) beatificatum extitisse. Et ne longiores moras exerceam in adducendis exemplis, concludo hoc successu, qui cuilibet confusionem parit. Narrat Holcotus [r] de quodam sancto, is applicationi studiorum deditus, repentinâ obijt morte, & catalogo Sanctorum adscriptus, dum autem aliquorum suspicione sinistrâq; infamiâ gloriosa ejus laboraret virtus, præ inaudito ejus mortis genere, respicientes Sanctum monstrantem digito, invenerunt eundem indicare illum sapientiæ versum [s] *justus si morte praoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Nolo itaque damnare illa improvisæ mortis genera, imposita Scoto, quia non diminuunt famam ejusdem, sed potius apertæ fictiones introductæ ab æmulatione & invidia sunt damnandæ. Triumphet itaque veritas, & deprimatur mendatium, quod attentavit privare radijs, lumine majestuosum sapientiæ solem.

a *Evagrius lib: 3, cap: 29.*

b *Baronius ad annum 491. num 1.*

c *Cedrinus in compendio historiar:*

d *Ioan: Gualt: in chron pag: 1 281. Gaspar Bruschius de epist: fol: 181.*

e *Matthæus Perchius in Vita Scoti cap: 10: n. 37*

f *Idem in Vita Scoti cap. & num: eodem Dermit: Thad: in Nitel: fol: 7. Vadi t. 3. annal ad an: 138.*

g *Novissima editio aucta & illustrata per Io- della Hate Parisijs anno 1635.* h

h Extat tom: 4. editionis Redulphi & tom: 8. loi della Haie.

i Deuteronomij cap: 34. num: 5.

k Ægidius lib. 3. de Conceptione qua. 6. ar: 4.

l Cavelz in Apolog: cont: Bzovium cap: 1. Dermic in Nitel: fol: 73.

m Anun: Bandel: Eymeric Spina & alij in suis tractatibus Immacul: Concept.

n Sixti IV. dua Bulla grave nimis Alex: VI. illius qui se Pij V. & Grego: XIII.

o Iacob: Bergomensis scripsit supplementum anno 1486. prodijt Venetijs 1490. per Bernard:

p Ser: Pergull: anno 1493. vel 1501.

q Decr: Sixti IV. in favorem Conceptionis emanarunt an: 1477 usq; ad 1483. & ex dictis ipsarum.

r Vide in cap: 3tio.

s Ex Ferch: lib: 3. Apol: num: 38.

t Pergul: Bergo: & Iovius itali nullum auctorem allegando.

u Sabel: lib: 3. exemp: capi 4. Volater lib: 21. Anchropol: Gerebard: lib: 4. Chronog: sub an: 1391.

x Dermic: Thad: in Nitel: Franc: fol: 72.

y Decr: Concil: Basilien: sub data 15. kal: 8bris an 1439. extat in armament: Seraph: in Reg: col: 201.

z Dermic Thad: extat in eodem Reg: Armam: col: 45. statum Concil: Provinc: Avenion: an: 1457. recipiens decre: Basil.

a Bergom: scripsit primus Apologiam nec usq; ad illum per duo fere secula quidquam insolitum de morte Scoti scriptum est.

b Sixtus IV. Constit: cum praecelsa 1476.

c Sixt: IV. Breve Libenter ad ea anno 1480.

d Sixt: IV. prima extravag: grave nimis anno 1482.

e Sixt: IV. secunda extravag: grave nimis anno 1483.

f Pro-

f Prodierunt serm: Pergul. an: 1493. vel 1502

g Alex: VI. Bulla illius qui se anno 1502.

h Vadin: t. 8. annal ad an: 1505. n. 7. & 13.

i Iulij II. Bulla pastoralis officij anno 1505. apud Vad: t. 8. ad anno 1506. num: 56.

k Libro de actis juridicis Bernem anno 1509. apud Hippolitum Marracium.

l Extat inter Cajet: opusc.

m Dermic: in Nitel. cit.

n Vide in regestr: armamen.

o Rumorem hunc in vulgum sparsum refert Genebar: per verb: ferunt. Qui tunc temporis scripsit.

p Decre: Pauli V. extat in armament: ca 180.

q Ex Derm: in Nitel: fol. 72. rem integra fide referente.

r Constat ex ipsis Bzovij annalibus.

s Ostendit evidenter Matthaeus Ferch: lib: 1 tot: & lib 2. cap. 1. num. 8. & sequ.

t Dermic: cit. dicens: hac de Bzovij intentione scribo, non solùm ex affectu & opere, verùm etiam & fide digna relatione eorum qui id scire potuerunt.

u Alex: VII. Bulla solicitudo omnium Ecclesiae anno 1661.

x Libel. cit. scriptus anno 1661.

y Videatur judicium Hugon. Cavell. in Apolog. contra Bzovium cap. 1.

z Mich: Oyer: Orat: encomiast: fol. 31. Anonim. Iesuita in elogio Scoti impres: anno 1662. ait: martyr Concepta Virg. appellandus, seu merita vita, seu mortis calumnias spectes.

a Ex Vading. in vita Scoti cap. 9. num. 40.

b Secundum epigramma funeris Scoti. in propria dulcedine letum venit atrox raptim.

c Hac phrasi usus est Suetonius in Caligul. cap. 7. ad

7. ad significandam mortem duorum filiorum Caligula.

d Sap. 4. num. 10.

e Epitaphium Scoti, in teneris annis

f Brizeg. in Vita Scoti §. 21. num. 28.

g Ferch. in Vita Scoti cap. 1. num. 38.

h VVadin. in Vita Scoti cap. 9. num. 40.

i S. August: epist. 122. & lib. 1. de civit. Dei cap. 11. ait mala mors putanda non est, quam bona Vita praecessit.

k Iob cap. 1. num. 29.

l Prat: spiritu: cit.

m Calius lib. 17. cap. 28. antiq. l.

n Auct. cit. supra

o Io. Michaël Pius lib. de Vitijs hominum pag. 8. inter beatos fol. 253.

p Felix Cancellerius in relat.

q Extat Bulla Pontificis in bullario Cherb: tom. 4. B. 42.

r Holcot in sapien. cap. 4.

s Sap. cap. 4.

CAPVT VII.

In quo describuntur translationes Corporis Doctoris subtilis.

DIximus in primo capite corpus Doctoris subtilis Joannis Duns Scoti fuisse sepultum in Ecclesia S. Francisci Coloniæ in ingressu sacrarij propè altare Regum, & fuisse positum supra tumulum quendam lapidem cum honorifico epitaphio. Hic itaque jacuit aliquot annis [a] quousque creverit ejus fama & intonuerit omni die clarius ac clarius ejusdem, nomen, consequente

quenter fuit judicatum ossa ipsius digna cele-briori tumulo. Elegerunt itaque superiores ob eam causam quendam locum clariorem id est medium chori quod est in loco plano Ecclesiæ prope altare majus, ubi collocata fuêre in urna lapidea in quadrum extructa, quæ erat contecta alio lapide latiori, cui iterum admovebatur ex marmore alter, illiq fuit insculptum primum ejusdem epitaphium cum additamento aliorum quatuor versuum, in quibus describitur hæc prima translatio. In duobus tabulis scripta fuerunt duo epigrammata circumscribentia ejusdem gloriam, pendebatque perpendiculariter superius de tecto supra sepulchrum campana ad symbolum resonantis famæ ejusdem celebritatis. Hæc prima fuit translatio subtilis Doctoris ossium, primumque honori ipsius ac immortali nomini erectum mausoleum.

Quando fuerit facta hæc translatio, determinate notitia haberi non potest, licet benè notum eandem fuisse factam ante annum 1499. quippe eodem anno fuerunt impressi annales Colonienses Milmani [b] & in illis fit ejusdem sepulchri mentio. Matthæus Ferchius conjecturat [c] fuisse factum tempore Sixti IV. quando mysterium Immaculatæ Conceptionis Mariæ fuit illustratum decretis hujus Pontificis, postmodum illo tempore decebat manifestare cum majori excellentia & collocare decentiùs istius illustris privilegij principalem defensorem & athletam, sed ego huic conjecturæ non adhæreo, quia Milmanus dicit [d] Scotum fuisse sepultum in choro sub illa campana supra, de tecto, allegando inscriptionem ejusdem sepulchri, unde illum non habere notitiam hujus

trans-

translationis, nec etiam primæ sepulturæ, etsi translatio fuisset post decreta Sixti IV. quæ fuerunt edita circa annum 1480. videtur impossibile Milmanum viventem tunc Coloniæ & inquirentem antiquitates ad describendos proprios annales [e) qui fuerunt impressi solùm octodecim annis postea, non habuisse notitiam hujus rei sic recentis. Propterea ego credo illam relationem primæ sepulturæ habuisse Trithemium [f) ex historia Coloniensi Gotfredi, unde alia & multa deduxit, & mihi ipsimet svadeo hanc translationem factam esse paucis annis post morrem subtilis Doctoris quia epigrammata sunt facta & conformia stylo antiquitatis. [g] & additamentum illorum quatuor versuum in primo ejusdem epitaphio, non solùm stylo manifestum, verùm etiam verbis ad intelligentiam explicatum, docet esse factum parvo tempore post ejus fata.

In hoc tumulo fuerunt ossa subtilis Doctoris [h] quousque augeretur affectus & devotio Franciscanorum erga Doctorem subtilemMarianum. Agitabant superiores Colonienses de quodam fabricando sepulchro, & sic anno 1509. aperto sepulchro, exhumarunt ejusdem ossa, & ea deposuerunt à parte post altaris majoris ubi quiescebant quatuor annis, nam tot ad erigendum & fabricandum illud monumentum prærequirebantur anni, quod etiam hodie apparet comptum nitido metallo, ac elaboratum excellenti artificio.

Finito itaque, anno 1513. fuerunt ossa deposita in eodem collocato sub terra ad caput novi tumuli. totum id constat ex scriptura antiqua, conservata in scrinio plumbeo, quæ

moder,

modernis temporibus in Archivio Conventûs Coloniensis servatur unde eandem transtulit, & traduxit [i] de latino idiomate in sermonem vernaculum & commnnem.

Notum sit omnibus & pateat evidenter universis, & singulis tam præsentibus, quàm futuris, quòd anno Domini Millessimo quingentesimo nono, penultima mensis Augusti, sub Pontificatu sanctiss: Patris & Domini Iulij divinâ Providentiâ Papæ II. Archiepiscopatu Coloniensi Philippi Dieberstein, atque Imperio Maximiliani Archiducis Austriæ electi, Ministeriatu Colonensi Fratris VVeselli Gosbrintch de Monasterio sacrosanctæ Theologiæ facultatis Magistri, pænitentiariatu Fratris Gerhardi Pauli facultatis dictæ Baccalaurei formati, cursoratu Fratris Cornelij de Daventia, studij Magisterjo Fr: de Rutgerij de Rattitge. Apertum est sepulchrum Doctoris subtilis Fratris Ioannis Scoti ob singularem affectionem Patrum & Fratrum: & inventa sunt ejus ossa integra & admodum redolentia, subrubra & in juncturis alba adinstar lactis uncta. Et ex tunc in altari summo retrorsum posita. Mox in hoc sarcophago ex aurichalco facto, ut apparet & nunc, eleemosynâ Gvardiani prædicti collectâ. Anno verò Domini Millesimo quingentessimo decimo tertio, sexta decima Mensis Augusti, hæc ejus cuncta ossa hoc in sarcophago posita. atque recondita Pontificatu Domini sanctissimi Leonis Decimi, Archiepiscopatu Dom: Philippi Dieberstein, Ministeriatu R. P. F. Hermanni Haveilor sacræ Theologiæ Magistri, Custodiatu custodiæ Frisiæ R. P. F. Ioannis de Dursten: Gvardianatu R, P. F. Gerhardi Pauli supradictæ facultatis Magistri. Lectoratu F. Cornelij de Daventria Baccalaurei formati, senioratu Fr. Iacobi

de

de Mondorp: studij Magisterio F. Willelmi de Selingen: quo quidem anno Octavâ Regum ex tumultu populi Coloniensis, decollati sunt in foro faniburgi Magistri, videlicet Ioannes de Reit, & Ioannes Oldendorp nobiscum in Capella S. Francisci sepultus, & reddituarius Civitatis Ioannes Bergum, alias Papegei plures & alij ex civibus tres, quorum anima in pace perpetua lætentur.

Scriptum per me Fratrem Liborium Rodolphi de Conventu Paderbornensi majorū studij, hujus insignis Conventus decani. Anno Domini 1513. 16. die mensis Augusti.

Sed scio ô lector, te expectare descriptionem sepulchri subtilis Doctoris exstructi à Patribus, ubi ejusdem conservantur ossa hic eandem ego tibi [k) ex Mattheo Ferchio de verbo ad verbum enucleatam refero, qualiter illud suis scriptis annotavit, & delineavit, Facto progressu ab altari majori versus planitiem chori venit mihi obviam ultimus gradus ex lapide in quo impressis literis legitur: *obijt Ioannes Scotus S. Theologia Doctor subtilis nominatus anno 1308.* abest ab isto gradu in planitie chori. & in medio ejusdem latitudinis sepulchrum subtilis Doctoris mensurâ unius pedis geometrici: Elatum est à terra tribus gëometricis palmis. Est quadratum longius tamen ex una parte, & totum manet obductum pulcherrimâ laminâ ex ære artificiosè elaborata videtur ad pedes tumuli impressum illud epitaphium: *ante oculos saxum* quod brevi adducetur, in medio tumuli, ærea reperitur imago Scoti cum libro in manibus depicta artificiosissimè. Procumbunt ad ejus pedes, ex una & altera parte leones, quasi ob custodiam tumuli, In extremitatibus occupant

longi-

longitudinem utriusque lateris imagines sculptæ aliquorum Doctorum celebriorum nostræ Religionis. [qui non sunt omnes discipuli Scoti) Ad manum dextram est Gvilelmus Ocham, Hugo Castronoviensis, Franciscus Mayro, Rychardus Mediovilensis, & Alexander de Ales. Ad sinistram Nicolaus de Lyra, Petrus Aureolus Rogerius Varro, Alexander Alexandrinensis & Guilelmus Varro. In parte superioris sepulchri ad caput Scoti, manent similiter insculpti tres summi Pontifices [quos illo tempore procreavit S. Romanæ Ecclesiæ familia Minoritana] Alexander V. Nicolaus IV. & Sixtus IV. cum suis stemmatibus. In angulis capiunt latitudinem duo Cardinales S. Bonaventura, & Bertrandus unus Doctor Seraphicus, & alter famosus tn suis operibus. Totum sepulchri operimentum est egregium elaboratum ab artifice præstantissimo opere. A principio sepulchri in pavimento chori reperitur lapis quadratus cum hac inscriptione: *hic aperitur sepulchrum Doctoris subtilis dicti Ioannis Duns.* Iste est ô benigne lector prospectus qui habetur ad sepulchrum nostri Doctoris subtilis Scoti: dispositio autem intus, & quomodo maneāt ossa collocata ejusdem, in narratione translationis videbitur quæ sequitur, Cum jam esset majus elapsum tempus uno sæculo ab erectione hujus sepulchri, & collocatione [ut jam dictum est) reliquiarum Scoti anno Dni 1619. [l] die 13. Ianuarij Reverendissimus Pr. Magister Iacobus Bagnacaballensis Minister Generalis totius Ord: Minorum Conventualium, præsente Jllustrissimo Domino Antonio Albergato Episcopo Vigiliense & Nuncio Apostolico in illis partibus Germa-

Germaniæ cum potestate Legati ad latus Reverendissimi Domini Ottonis Gerconis Episcopi Cyrenensis Suffraganei Coloniæ Adsn Reveren. Pre Fre Cosmo Morelio Hispano Ordinis S. Dominici, Inquisitore Coloniense, contra hæreticam pravitatem, & alijs hominibus Clarissimis præsentibus, fecit aperire seculchrum & exhumare ossa subtilissimi Magistri. Amotus est lapis qui (ut superius narravimus) positus erat ad caput tumuli effossus duobus pedibus, superinventus alius iterum lapis quadratus, quô remotô & sepositô apparuerunt detractæ carnis reliquiæ in interioribus urnæ trium palmorum sub eodem lapide. Erat Calvaria in vertice ossium majorum corporis, & aliorum quæ obducta erant terrâ primæ sepulturæ, quæ siquidem proximæ erat obnoxia cadavericæ corruptioni, adhuc à prima sua translatione erat Conservata cadavericæ corruptioni, in illa urna. Exhumata ossa ex illo deposito, reposita fuerant in sacrario & clausa sub clavi duplici. Inde statim extructus fuit sub terra ad caput sepulchri fornix quadratus seu concameratio, quæ divisa quasi cum artificio tabulæ duas efformabat ædiculas. Erant præparatæ duæ arcæ, una lignea in qua non fuit similis & tanta exacta expressio, & in hac reposita fuit terra, cui commiscebantur hucusque ossa subtilis Doctoris, mittendo eadem in ædiculam inferiorem subtus, alia plumbea longa quatuor palmis, alta duobus, & alijs duobus lata, cui immittebatur ex quercu accommodè alia cum operimento vitreo, & in hac reverenter fuerunt depositæ XV. ejusdem mensis ossa subtilissimi Do-

ctoris

ctoris gratissimum spirantia odorem, & in explicabilem fragrantiam, respiciendo secundam ædiculam sublevantem sepulchrum, intùs hujus arcæ fuit positum testimonium autenticum modernæ translationis, quod translatum ex latino idiomate in linguam communem [m] his verbis.

In Nomine Sanctißimæ & Individuæ Trinitatis Amen, Anno post nativitatem Domini nostri IESV Christi 1619. Pontificatus nostri Dni Papa Pauli V. anno 14. Invictißimi Imperatoris Mathiæ Primi Austriacæ semper Augusti anno 7. sereniß Ferdinandi Ducis Bavariæ Archiepiscopi & Electoris Coloniensis, anno 8. inditione secunda. Cum prima die mensis Decembris in hanc Illustrißimam civitatem Colon: paterno affectu, & zelo ductus Reverendißimus in Christo Pr. F Iacobus Bagnacabal Ord: Min: Convent: Minister Generalis ad visitandum & reformandum ejusdem Ord: Mini Convent: Divi Francisci conventum venißet, cumque multa pia, salubria, & sancta in actibus visitationis instituißet. mandavit quoque ut sepulchrũ Fr: Ioan Duns Scoti dicti Ord. Min. Conv: Doctoris subtilis in medio Chori sub campana situm & anea lamina [qua ipsius Doctoris subtilis effigie illustrata est] coopertum. aperiretur ad videndum ibi. & quomodo oßa omni veneratione digna requiescerent. Die ergo 13. Mensis Ianuarij præsentibus & inspectantibus Illustrif: ac Reverendiß: DD. Antonio Albergati Bonon: Episcopo Vigiliarum, ac Nuncio Apostolico per tractum Rhenanum cum potestate Legati à latere. Item Reverendiß: DD. Othone Gereon Episcopo Cyrenensi. & Suffraganeo Colon: eodemmet etiam Reverendiß: Patre Iacobo Bagnacabal. Generali Ad-

mod:

mod: Reveren: Pi Ioanne Pelckingio Provinciali Ministro, & Gvardiano Colonia ac visitatore Generali. Admodum R. P. Matthao Veglensi Provinciali S. Bonaventura. Admodum quoque Reveren: P. Ludovico de Castro Provinciali Leodiensi. RR. demum Patribus sacrosancta Theologia Doctoribus Gerhardo Romero &c. supradictum sepulchrum apertum est per vespillones sublevando lapidem jacentem ad caput sepulchri, cui inscriptum erat. Hic aperitur sepulchrum Ioan: Duns Scoti Doctoris subtilis, effosâ ergo aliquantulum terrâ, inventus est sarcophagus ex lapide vivo coopertus alio lapide. Et in eodem reperta sunt pleraque ossa supradicti Doctoris valdè rubea. Sed quoniam hoc modo parum decenter condita & servata putabantur, eò: quòd ad caput ipsius sepulchri in lapide impolito requiescerent; Hinc prafatus Reverendissimus Pater Generalis pracepit, ut evacuatâ ex sepulchro terrâ, opus concameratum, sub ipso lapide construretur, ut supra memorata ossa honestiùs ac decentiùs pro tanti Doctoris dignitate collocari possent. Confecta est ergo arca plumbea, cui ossa arcula lignea inclusa piè sunt imposita, ac postmodum in sepulchro concamerato reverenter collocata. Sargophagus quoque ligneus praparatus est, in quo terra recondita est, qua in antedicto sarcophago lapideo ossibus intermixta jacuerat: idemq; in sepulchro apud ossa collocatus aßistente & spectante cum supradictis Patribus P. Iacobo Bagnacabal. Ministro Generali, admirabili cum affectu, zelo, ac pietate pro decore, ac illustratione: honore, ac gloria Doctoris subtilissimi, atque religionis seraphica. In quorum omnium fidem ego Frater Gerhardus Romerus Sacra Theologia Doctor, Notarius ad hoc à Reverendißimo

P. Generali specialiter deputatus, præsens hoc instrumentum (salvâ semper copiâ ulterioris dilatationis) confeci; vocatis ad illud ijsdem testibus Admodùm R. P. Vberto Iunckmano, Patre Provinciæ, & RR. Patribus Patre Vvinando Stomellio, & Patre Ioanne Molmanno Tremoniensi. Actum Coloniæ in Conventus nostro D. Francisci M. DC. XIX. die mensis ut supra.

Fr: Iacobus Bagnacaballensis Minister Generalis.

Ita est, Ego Fr: Gerhardus Romerus Sacrosanctæ Theologiæ humilis Doctor, tanquam Notarius, ut supra attestor.

Ego Fr: Ioannes Felix de Brinia Ord: Min: Con: S. Francisci secundus Secretarius, fidem facio & testor prædicta fuisse hac scripta à Patre Magistro Gerhardo Romero de mandato Reverendiss. in veritatis testimonium. Die 15. Ianuarij 1619. in Conventu S. Francisci.

Locus ✠ Sigilli

IN operculo arcæ plumbeæ (n) à parte intus fuit extensa charta membranea & fuit operta quadam materia perlucida cui linguâ latinâ fuit inscriptum sic.

Hic jacent ossa Fratris Ioannis Duns Scoti subtilis Doctoris pijssimi veneratoris ac defensoris Immaculatæ Conceptionis Mariæ Virginis qui fuit exhumatus & in eo loco, separatâ terrâ, quâ repleb atur, ejectâ, repositus, ad mandatum Reverendissimi Patris Fratris Iacobi Bagnacaballensis Ord: Min: Conv: Ministri Generalis anno Dñi 1619 15. Ianu: A parte extra fuerunt scripta in eodem operculo hæc sequentia verba:

Reverendissimus Pr: Frater Iacobus Bagnacaballensis

ensis Artium & S. Theologiæ Doctor, nec non Vniversi Ordinis Min: Conventualium Minister Generalis anno 1619 dùm hunc conventum visitat Fratris Ioannis Duns Scoti Doctoris subtilis meritò nominati, intemeratæ Conceptionis Virginis Mariæ pijssimi cultoris & acerrimi propugnatoris: ossa, quæ terra immixta in diem illum usque jacuerant, effossa humo, in loculum concameratum, stratumque ejusdem Reverendissimi jussu constructum, plumbea arca inclusa intulit. die 15. Ianuarij.

Finitâ cum omni claritate narratione rerum clauditur arca plumbea [o] & ne aperiatur manet sigillata in quatuor lateribus sigillo Religionis Minorum Conventualium, quam sequente Reverendissimo Pr: Generali auctore istius egregiæ functionis, cum toto conventu & plurimis hominibus tam doctrina quàm nobilitate præditis: convenientibus ad magnificandam famam ipsius, & ad videndas reliquias magni Doctoris, fuit lata à duobus Provicialibus Matthæo Ferchio, & Ludovico de Castro à sacrario ad sepulchrum, & super afferem in medio sepulchri posita est. Nec mirum, si defentor Immaculatæ Conceptionis hoc tempore gloriosè exilivit, quoniam paulò ante scilicet anno 1617. 12. septembris Paulus V. Sanctæ recordationis decretum edidit, quo sententia Scoti est illustrata, opposita verò ne in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs actibus assereretur est pressa, modoq; plurimorum Doctorum laboribus ejusdem vita, mores, doctrina, tùm apologijs, tùm historijs illustrantur, Scoticum quoque placitum coruscat;

Nam Sanctiss: Dominus noster Gregorius XV hoc anno 1622 die 24. Maij sanxit ne opposita sententia Divam Virginem peccato pollutam asserens, possit in sermonibus, aut scriptis etiam privatis affirmari; atque ut juxta Scoticæ devotionis nomenclaturam, omnes Ecclesiastici, seculares aut regulares in officijs, sacrificijs publicis, ac privatis sub Conceptionis intemeratæ titulo Deum Opt: Max: & Dei parentem Collaudent: quo & singulare ejus dogma, & ipse subtilis Doctor illustrantur.

a. *Prima translatio funeris Scoti ex Matth: Ferch: in Vita Scoti c. 8. n. 29. & uVal: in Vita Scot c. 13. n. 53.*

b. *Milman chron. Coloniens. sub an 1308.*

c. *Ferch cit: quem sequitur VVading.*

d. *Milman cit: & sepultus est apud Minoritas in choro sub campana prout declarat superscriptio ad ejus sepulchrum.*

e. *Chron. Colonienses. Milm: excusa sunt an 1499. ut testatur Ferch: cit: unde non multò post Decr: Sixt: IV. elaboratas esse, necesse est.*

f. *Trithem: in præfat: chron: Hirsaug: ait: ex histor: Coloniensium Gotfridi monachi S. Pantaleonis plura deprompsisse.*

g. *Videatur infra.*

h. *Secunda translatio funeris Scot: ex publico, & authentico instrumento mox transcribendo, ejus meminit Andreas Tevet in lib: de vitis & imaginibus virorum illustrium in Ioann: Scoto:*

i. *Transcriptum chirograph: autentic: hujus translatio ex Ferch citi num 30.*

k *Descriptio sepulchri Scot: ex Matth: Ferch: oculari teste, quem transcribunt VVading: & Brizeg: 22. num 5.*

l. Ter-

l *Tertia Scoti funeris translatio ex Ferch: citā num 33. qui ipsi interfuit, quem transcribunt Wading: & Briz: cit:*

m *Transcriptum chirograph: publici. & authentici hujus translationis ex Ferch citi*

n *Prosequitur enarratio translat: ex eodem Ferch cit: n. 34.*

o *Reliquiarum Venerat Scoti honorifica Collocatio ex eodem Ferch citi*

CAPVT VIII.

In quo describitur examen signorum mirabilium, quæ facta fuerant in translatione ossium, Doctoris subtilis.

Mirabilia signa, quæ in reliquijs Fratris Ioannis Duns Scoti elapsis duobus & tribus seculis post fata ejus visa fuère toti mundo, sicut præcedenti significavimus capite non permittunt pietati ut sine ponderatione & earum reflexione transmittantur, nec malitiæ ut transcurantur sine examine. Ducentis annis post obitum subtilis Doctoris [a] cùm fuerint ossa sine ulla pompa & honore conservata in lapidea urna, obducta atque cooperta humo prioris sepulturæ, fuerunt adinventa integra odorem spirantia, rubicunda, & in juncturis alba, madido ad instar lactis circumfusa liquore, & postea plusquàm trecentis annis reperta multò intensiùs rubra: ut superius innuimus. Movit ad venerationem miraculum, quod tempore fabricati sepulchri in quo collo-

canda erant . m majori decentia ossa subtilis Doctoris; evenerat. Superiores enim prælati primò eadem posuêre in altari majori, secundò in sacrario, illamq; terram, quâ obducta erant ossa cum summa reverentia & honore ibidem conservârunt, [b] præsentibus duobus Episcopus cum maximo concursu nobilitatis & populi Coloniensis eisdem assistentibus. Sed quis unquam crederet eadem signa, quæ moverunt homines magnæ existimationis ad venerationem tam honorificam, excitasse etiam æmulationem ad infamem calumniam? quis existimaret fuisse ibi Catholicum, à quo criminaretur hoc prodigium? & tamen in rei veritate inventus est. Non miror, siquidem vespa sumit venenum à flore, à quo apis accipit dulcedinem, & ex inde provenit, quia non accedit ad florem nisi ut eundem proprio pungat aculeo. Nicolaus Iansenius [c] ad obscurandam subtilis Doctoris gloriæ famam ausus est scribere illum rubrum colorem qui post tot secula apparuit in ossibus, fuisse signum mortis ejusdem violentæ, dat testimonium dicens: quendam medicum id narrasse (non specificando tamen ejusdem nomen) ex quo auctorisat calumniam: sed vide contrarium! Episcopus Dunensis [d] proponi curavit hanc propositionem pricipalioribus mundi medicinæ Doctoribus: *Utrùm à colore rubro accenso in ossibus unius defuncti conservato plusquàm trecentis annis post mortem ipsius, possit colligi via artis medicinalis, quo in genere mortis sua finiverit vitam? & specialiter si fuerit mortuus suffocatus, suspensus aut si alio genere mortis violenter fatis cesserit?* Omnes eandem resolvêre scriptis; Doctor Duarte Baes Catholici Monarchæ Hispaniarum [e] medicus, Paulus Emilius, Fe-

rillus

rillus medicus aulæ Regis Christianissimi Galliarum, Dionisius Guarrini Doctor medicinæ Parisijs, Gaspar Praguer medicus legalis & ordinarius Serenissimi Comitis Pressionensis, Gervasius Doctor medicinæ Parisiensis, Magister Corbese chirurgus regalis, omnes convenêre quantum attinet colorem ossium, nullo modo ratione naturali ab ipso posse deveniri ad genus mortis; & affirmari eundem esse indicium violentæ mortis, imò multi asseruerunt hoc esse ineptum mendacium, somnium febricitantium, coniecturam extra rationem, quod convincitur evidentiâ ossium maximè suspensorum, & aliorum qui violentâ decedunt morte, qualium color est uniformis, & illorum ossium quorum subiecta in omni quiete naturali denascuntur. Alij verò supradictorum medicorum, attribuunt illum colorem rubrum incensum causæ supernaturali, & inter ipsos Doctor Duarte Vaez [f] quòd si fuisset quæstio ossium alicujus hominis illustris pietate, non sine ratione attribui posset talis *color* miraculo, quia in vita S. Cathaldi Apostoli Tarentinorum (g) narratur per miraculum inventas fuisse ejus sacras reliquias rubras, aliquot seculis post felicem obitum. Itaque clarum est, quòd si fuisset declaratum Doctori Duarte subiectum quæstionis esse Joannem Scotum magnum, & illustrem pietate, ut in hac historia visum est, judicaret absolutè tale signum esse miraculo plenum, confirmat hoc arbitrium & judicium factum in universitate Arcillensi, ubi reperta fuêre ossa venerabilis servi Dei Francisci de Tores cum simili colore, cujus visitantes in conventu S. Didaci Arcillensis (h) reliquias Apostolici judices specialiter deputati à sede Apostolica ad formandum processum plenarium rati-

 one

one beatificationis & canonizationis, aperto sepulchro invenerunt ejusdem ossa ardenter rubra & sic uti Doctores medicinæ Collegij Arcillensis peritissimi, cæterique prudentes testimonio visitationis judicârunt illum colorem accensum (reflexi super alia opera Sanctitatis, particulariter supra ardentem zelum, quo plenus hic fervidus concionator procuravit vitijs refrigeratos, virtutibus accendere) valere pro signo evidenti & digno omni exceptione sanctitatis V. servi Dei. Igitur consideratis similiter exercitijs perfectionis (i) quibus subtilis Doctor toto vitæ suæ tempore incumbebat, ponderato ardentissimo fervore, quo semper defendebat Mariæ Matris Dei originalem innocentiam, viso ferventissimo zelo, quo accensus impugnavit hæresim Begardorum usque ad causandam sibimet ipsi mortem, ob fervorem ejusdem disputationis, contra hos, aut aduersarios originalis innocentiæ factæ, inventa ejusdem ossa ardenter rubra elapsis jam tribus seculis post obitum ipsius, esse signum evidens & firmum testimonium sanctitatis, quo ipsum voluit patefacere cælum.

Et quid dicet æmulatio ad alia signa apparentia in ejus ossibus duobus elapsis seculis post felicem exitum? lactei liquoris ex ijsdem profluentis? odoremq; spirantis? ignorat quid responsura est hoc miraculo, ego illud cognosco, evenisse ob majorem gloriam Mariani subtilis Doctoris. In Bulla canonizationis S. Thomæ Aquinatis (k) inter signa, quibus omnipotentia Dei manifestavit & patefecit insignem sanctitatem hujus magistri, narrat Joannes XXII. summus Pontifex fragrantem odorem sanctarum ejus reliquiarum his manifestando verbis: *istius fragrantia aliqua ex testimonio*

monio

monijs narrant suavitatem sentire post spatium septem annorum, & alia post spatium quatuordecim, quando ob diversas causas variè ipsius intuebatur corpus. Certum est hunc odorem demonstrare limpitudinem suæ carnis acceptatæ Deo, repræsentare suarum orationum odoramenta ad percipiendam clarè ipsius illustrem virtutum famam. Jgitur concedatur petenti facultas cum hoc testimonio irrefragabili eminentis sanctimoniæ Angelici Doctoris, comparare bonum odorem Mariano subtilissimo Doctori. Fragrantia reliquiarum S. Thomæ Aquinatis secundùm judicium capitis Ecclesiæ, fuit signum mirificum ejus puritatis, elevationis spiritûs, claritatis famæ, aliarumque virtutum. Itaq; cùm fuerit Doctor subtilis Scotus sic purus carne, ut (l) nuncuparetur castimoniæ jubar, sic fervens oratione (m) ut existimaretur homo extaticus; sic illustris famâ (n) ut toto orbe proclamaretur, sic virtute eminens (o) ut existimaretur unum hyperbole perfectionis, jam applicatur ei præfatum testimonium maximè dùm adest in ejus reliquijs tam intensa fragrantia. In reliquijs D. Thomæ sensu percepta fuit fragrantia solùm quatuordecem annis post ejus obitum, attamen sufficiens erat ad ejusdem canonizationem, ac venerationem, nec reperiebatur talis, qui teneret oppositum. At fragrantia subtilis Doctoris fuit sensu percepta, plusquàm ducentis annis post ejus fata, nonne est sufficiens ad tuendam ejus bonitatem? (quamvis non ad æqualem cum Doctore Angelico sanctitatem) & cohibendum æmulorum zelum? maneant saltem cineres intacti ejusdem sepulchri? est enim animosum ulcisci injuriam non tamen temerarium. Prodigium illius candidi & fragrantis liquoris, qui ab ossibus

rubicun,

rubicundis Mariani Doctoris ftillabat per juncturas (p) prout obfervavit Andreas Tevet (q) fuit notum & vifum anno Domini 1509. tunc quando cum majori ardore controvertebatur, [r] myfterium Immaculatæ Conceptionis, imò prædicto tempore videtur divinâ difpofitione Scotus è fepulchro egreffus fuiffe ad affiftendum defenforibus myfterij, profequendo inceptum pijffimis infertum pectoribus, affigendo tenaciter & repræfentando offibus impreffa adinftar ftrenui capitanei mirifica militaria figna, candoris fragrantis in campo rubro. Adduco hic ad gloriam fubtilis Doctoris, quod eruditus Felix Cantellorius [s] in fua praxi canonizationis Sanctorum inter figna fanctitatis ponit, nimirum ftillare ficca & arida offa liquorem odoriferum. Lac quod manabat ex juncturis pulpis detractis ejufdem Doctoris candor fuiffe traditur, eò: quòd in vita fua innocentiffimi gerebat infantis fpeciem. Sed ut ex omni parte maneat convicta æmulatio, audiatur opinio celeberrimi phyfici Hifpani Antonij Ponce S. Crucis [t] Prothomedici Generalis Hifpaniarum, & aulæ Regis Catholicæ Philippi III. & IV. in prima Cathedra Univerfitatis Vagliadolidenfis & Abbatis de Carruvias fignorum mirabilium, quæ vifa fiêre in reliquijs Doctoris fubtilis, in fuo libro prælectionum Vallifoletanarum fupra hipocratem fic dicitis;

Quando pervenimus ad punctum iftud ftatim obviam venit V. Scotus prodigium Philofophorum & Theologorum, celebris non tantùm fanctitate fed etiam fubtilitate fcripturæ, cujus memoria in benedictionibus eft, quia poft tot annorum decurfus cùm fuerit ejus corpus fepultum abfque

nis,

utili aliqua diligentia ad conservationem ejusdem, sed solùm (sicut alia corpora sepeliuntur more communi) positum in visceribus terræ, ubi omnia cadavera vulgari corruptione putrescere solent; ad ultimum tamen fuerunt reperta ossa rubicunda uti rosa ejusdem magnum spirantia odorem, & in suis juniturîs madefacta liquore lacteo & hoc inauditum miraculum visum post annos ducentos ejusdem mortis confirmatum multorum gravium authorum testimonijs fuit remissum non sine admiratione omnium, nostræ Censura post judicia universitatis Hispaniarum, & nos consideratis bene omnibus circumstantijs affirmavimus & nostram dedimus sententiam autenticam cum nostro Sigillo, illa signa reperta in ossibus Subtilissimi Doctoris Scoti esse à causa Divina & supernaturali, id est à Deo qui voluit non solùm illustrare animam tam celebris hominis: sed & ossa sancti tabernaculi & judicavimus (quod ad huc & nunc tenemus ut certum) eundem animam reddisse Deo, sublatum extasi, & fuisse sic accensum divini amoris incendio, ut & ipsa ejusdem ossa in Deo vivo lætarentur, & se vestirent colore roseo unione æterni splendoris.

Hucusque doctissimus Abbas. Hæc ergo est sententia medici non individui vagi, aut ficti, sed nominatissimi & celeberrimi per omnem Hispaniam non vocalis, sed cum examine maturo scripta in libro, non occulto: sed exposito, in mundi lu-

lucem, qui frequenter legitur in cujſcunque manibus. Ab hac depoſitione convicta invidioſa calumnia manet, & in ſempiterni ſilentij carcere aſſumit terminum.

a *Ex chrirogr: authentico tranſcripto in praecedenti Capitulo.*

b *Conſtat ex eodem Capitulo praecedenti.*

c *Nicolaus Janſen. in Apolg: pro Bzovio.*

d *Hugo Magneſius in Apologia contra Janſenium praefixa Reportatis Scoti editionis Colonienſis c. ult: pag: 64.*

e *Extant cenſiones medicorum in Apolog: cit: Magneſij pag: 76.*

f *Doctor Duarte Baez apud Hug: Magnes cit:*

g *Refert etiam Baronius in notis ad martyrol Rom: ad diem 9. Maij*

h *Ex teſtimonio authentico R. P. Fratris Gaſparis dela Fuente, tunc Guardiani Complutenſis apud Brizeg: in vita Scoti S. 22. n. 21.*

i *De his latè ſupra toto 1. lib: & 2.*

k *Bulla Canoniſationis S. Thomae Aquin: in Bullar. Cherubini quae eſt undecima Ioann: XXII.*

l *De quo ſupra lib: 2. c. 7.*

m *libro 2. c. 4.*

n *Ant: Andrea in calce Commentar. in 12. lib: metaphiſica.*

o *Epitaph: Scoti ibi.* Nulli virtute ſecundus.

p *Supra lib: 2. c. 5.*

q *Andr: Tevet de vitis & Imaginibus virorum illuſtrium in Io: Scoto.*

r *Surius in chron. anno 1509. chroni Citizenſe ad eundem annum Trich: in chron ſpanhem.*

s *Felix Cantellorius in praxi de Canoniz. Sanctorum c. 14. num 20.*

t *Anton: Ponce de Sancta Cruce lib: Praelectionum valis. in lib: Hipocratis Coi de morbo ſacro*

encus

excusum Matriti anno 1631 cap. 21. propè finem.

CAPUT IX.

In quo describuntur epitaphia adornantia, sepulturam Doctoris subtilis.

Bibl. Sig. 4.

Cùm fuerint epitaphia scripturæ publicæ antiquitatis de finalibus eventibus vitæ testimonia immutabilia, de particularibus ejusdem morbis & finaliter posthumæ famæ, non est prætermittenda memoria illorum in hoc opere, ob majorem approbationem authenticam innocentiæ subtilis Doctoris. Jtaque in lapide (a) ob honorem ejusdem posito supra primam sepulturam in ingressu sacrarij prope ad altare Regum immediatè fuit incisum versu leonino epitaphium, cujus copia translata à lapide, ob memoriam novi sepulchri statim post obitum subtilis Scoti, servata est cum relatione in libro antiquo manuscripto posito in Biblioteca Conventûs S. Francisci Coloniæ.

Primum Scoti epitaphium.

Clauditur hic rivus, fons Ecclesiæ, via, vivus.
Doctor justitiæ, studij flos, arca sophiæ.
Ingenia scandens, scripturæ abdita pandens.
In teneris annis fuit, ergo memento Ioannis.
Hunc Deus ornatum, fac cælitus esse beatum.
Pro patre translato modulemur pectore grato.
Dux fuit hic Cleri claustri lux, & tuba veri.

Jn prima translatione facta ejusdem Doctoris ossium & cinerum [b] paucis annis post felicem obitum ad medium chorum, in lapide tegente

urnam

urnam, in qua fuerunt deposita, incisum erat dictum primum epitaphium, additis adhuc quatuor alijs versibus ob notitiam hujus translationis, & sunt hi sequentes.

Additio ad primum Scoti epitaphium.

Hic lector Scotus subtilis, sit bene notus,
Doctor humi stratus, hac subque Nola tumulatus;
Pro quo orate, Christi veniam flagitate
Dicentesque piè, tu summe Deus, miserere.

A capite sepulturæ [c] pendebant duæ tabulæ, cum totidem epigrammatibus, inculti licet & inordinati styli, tamen æstimabilis, ob venerandam antiquitatem, representatam, & propter claras expressas notitias, ut dicunt Villotus [d] ac Rodulphus: succedente autem antiquitate consumente tabulas, ne ablatis illis auferatur notitia, fuerunt translata ad aliam tabulam, quæ huculque conservatur in Biblioteca Conventûs Coloniensis, quorum sequitur series.

Primum epigramma.

Parisius plora, mæstis incede lacernis,
His perit in toto, quod velat, orbe, decus.
O sorbona tuis humiles compone Cathedras,
Cultus ab ingenijs fons sacer artis abest.
Straminis in vico placidi certaminis ordo
Cesspitat, heu belli desinit esse caput.
Pondere supremi validos componite luctus
Doctiloqui, pulset tristia corda pavor.
Hunc, posito vultu læto, deflete togati,
Discipulis labor hic omnibus unus erit.

Secundum epigramma.

Doctor

Doctor subtilis solvens sua lustra Ioannes
Scotus, in obiectis ultima verba dedit.
Huic humilis casto Francisci cordula renes
Strinxit, erat sapiens, presbyter officio.
Fervebat studio, nulli virtute secundus,
Quod didicit totum, mox alios docuit.
Concepta est Virgo primi sine labe parentis
Hic tulit: hic haresi pralia dira dedit.
Inde genus meriti tantum sibi Papa refundens
Doctus subtilis dicitur, inde dedit.
Quatuor in scriptis, quæ sunt Divina, probavit:
Hinc reliquis vates lumine plus viguit.
Qin & sancta mihi, quæ digna problemata liquit,
Ingenijs nostris fertiliora valent.
Artibus egit opem tutè nunc ille modernos
Prosequitur pandens, qua via sit veterum.
Tempora post Christi propria dulcedine letum
Venit atrox, raptim carcere composito.
Dogmata, qui quondam retulit non infimus orbi,
Exiguus cunctis nunc silet exanimis.
Qui ratione stetit non victus semper Achilles,
Cæno sordidior vincitur ille fimo
Horrida jam sarcos trahitur sub lite voranda
Hunc subeant vermes, proch! nova præda venit.
Ante gradus medios, Nola nunc ubi pendet ab alto
Hic chorus in terris ossa tenet tumulo.
Turba futura canet bona, quæ congessit in unum,
Singula quæ docuit, scripta relicta manent.
Fleb le qui busti præsens epigramma tueris,
Hanc animam socies, posce Deum superis.

Anno poſtmodum 1509. fabricatum fuit illud celebre ſepulchrum æreum ſupra deſcriptum & in ejuſdem lamina [e] ad pedes tumuli fuit inciſum ſequens epitaphium cum majori claritate & conformitate ſtyli moderni

Ante oculos ſaxum Doctorem deprimit ingens,
Cujus ad interitum ſacra minerva gemit.
Siſte gradum, lector, fulvo dabis oſcula ſaxo:
Corpus Ioannis hæc tenet vrna Scoti.
Anno Milleno ter CCC. cùmque adderet octo,
Poſtremum clauſit leto agitante diem.

Ultimatè tandem [f] in honorifica translatione reliquiarum Doctoris ſubtilis Scoti factâ anno 1619. Reverendiſſimus Pater Jacobus Bagnacabalenſis Miniſter Generalis Minorum Conventualium dedicavit Doctori ſubtili iſtud pulchrum diſtichon.

Scotus, ut ingenio volitat ſub æthera vivens,
Sic moriens Scotus, cælica regna petit.

Hæc ſunt epitaphia illuſtrantia ſepulchrum noſtri Doctoris ſubtilis Scoti; unde prodijt fama, quam reliquit in morte ſua, piſſimæ vitæ ac eminentis virtutis decor, ſeveræ obſervantiæ regula, admirabilis ſcientiæ jubar, zeli Catholici fervor, ſuarum diſpitutionem atque triumphorum corona. Ego tamen hoc caput voio concludere illo, quod ad ejus laudem ſcripſit Thomas Dempſterus Legiſta & famoſus literis in Univerſitate Bononienſi, epitaphio:

Scotia habet cunas, famam orbis, funera Rhenus,
Cælum animam, hic magni ſpirat Imago Viri.

a *Ex codice antiq: manuſcripto exiſtente in Biblio.c:*

lliot: Francisc: Coloniensi inter litt: G. & H. in 3. pluteo ex quo epitaph: transcripsit Ferch: cit: prius tamen transcripserat Henric: Villot: in suis Athenis Francisc: & Petrus Rodulphus 3. p. histor: seraph: in lo: Scoto & ex his scriptor Vit: Scoti.

b *Ex eodem codice ant: manuscripto apud Ferch: cit: num: 29. Rodulphus & alij.*

c *Ex auctore cit.*

d *Henricus Villot & Petr: Rodulphus cit: transcripserunt epigrammata ex primis tabulis Matth: Ferchij ex tabula nunc existente in Bibliot: Francisc: Colon: ut ipse dicit loc: cit: num: 32.*

e *Transcripsit præsens epitaph: ex ipsa lamina sepulchri Scoti Ferch: cit.*

f *Ferch: lib: 1. Apolog: num: 28.*

CAPVT X.

In quo describitur fama sanctitatis & miraculorum subtilis Doctoris Scoti in vita & post mortem.

QVamvis semper orbi Christiano B. M. Virgo succurat, præcipuè tamen dum sine peccati labe concepta commendatur, defenditur, sese beneficentiùs devinctam conspicit: & quasi beneficium non modicum mutuata, protinus de remuneratione pertractat. Habemus namque in hoc debitricem Mariam; idcirco, *obviat mater* sic honorificata, occurrit, celeri subvenit gressu. Scirè satis inquit Seneca; *lib: 4. de benefic: in in fine. Qui festinat reddere, non animum habet grati hominis, sed debitoris,* Immunitatem Virginis Mariæ ex corde celebrantibus, defendentibus,

G propu-

propugnantibus, ne dum gratam, sed debitricem & remuneratricem se exhibet eadem sacerrima mater. Joannes Dunsius Scotus Doctor subtilis, cultor, fautor, Immaculatæ Virginis Mariæ, ac acerrimus propugnator, extunc benedictione gratiosissima celebratur: ex quo originalem ejus innocentiam statuit promovere, dum enim ad disputationis locum processerit, & coram obvia Beatæ Virginis statua marmorea breviter oraverit, *dignare me laudare te, Virgo Sacrata*, ejusque opem expostulârit; simulacrum inclinato capite significavit supernum ei non defuturum auxilium. Communis ita fert populi Parisiensis traditio, ipsaque rem confirmat usque in hodiernum diem capitis inclinatione, [a] eoque miraculo Doctori subtili in vim gratitudinis, & remunerationis pollicita est victoriam, consequenter victor evasit. Unum in cunctis sufficiat proponere exemplum in victoria relata â subtili Doctore apud Parisiensem Academiam [b] *Cùm in Universitate Parisiensi Immunitatem Virginis præservationemque Mariæ docuisset, Scotus ab ipsa facultate vocatus, ut coram sapientissimis Doctoribus sua sententia rationem redderet, ducenta argumenta sibi objecta omnia memoria tenuit, & singulis tanta verborum & sententiarum ubertate satisfecit, ut omnes ad suam sententiam facilè traheret, & victor ab omnibus proclamaretur, exinde victoris nomen retulit. Hinc postea Academia Parisiensis decrevit, ne opposita sententia legeretur publicè in scholis, ac ullus gradum vel lauream Doctoris obtineret, nisi prius jurejurando promisisset, acerrimè à se piam opinionem de Immaculata Deipara Conceptione fore defendendam.* Huc usque doctissimus Joannes Antonius de Velazques. [c] sed perge, quòd si ab illa die, & victoria exortum est in universitatibus nomen victoris

ctoris, vel mos in Academijs victoriandi Doctores invaluit: omnis victoria scholasticorum erit virtualis protestatio, pro Immaculatæ Conceptionis gratia, vel præservationis gloria, atque in clamore illo tacitè jurant in verba magistri piam opinionem cum eodem defendendam, & amplectendam. Sed ne à victoria divertamur, qualiter victor Scotus in congressu literario evasit, an arguentis, an sustentatis munus exercens? ducentis argumentis sibi obiectis singulis uberrimè satisfaciens, non nisi clypeum levavit, neutiquam rompheam deduxit, quasi hoc facto seraphicæ religionis institutum confirmaret, seu edoceret, quod nullatenus in defensione Mariæ immunis à labe Adæ, aliquem offendere satagebat, ut patet ex attestatione authoritatis. *Haud mirum fuerit, si ingenium Doctoris subtilis appellati, modestia & charitate praditum, altißimos sensus eruere poterit ad veritatem indagandam. Nunquam enim suam sententiam profert in aliorum injuriam, vel depressionem; qui si quorum aut errores convellit aut opiniones excutit, tam id modestè, & adeò plerumque suppresso nomine facit, ut Christiano pectori hæsisse à Domino sapientiam* (certè integram mentem) *conijci poßit.* Si credere fas est, Antonio Possevino pio & solerti Soc: Jesu doctissimo Theologo & chronologo Patri. [d] Nova pro Virgine bella per Doctorem subtilem videmus suscepta, in quibus non telis & romphæis, sed calamis, non armis, & pugnis: sed scriptis, & rationibus: non martialibus machinis, sed doctis voluminibus decertatur. Unde quot scripta pro Virginis gloria Doctoris subtilis edita sunt in lucem, quot prælia sine ferro in Academijs, cathedris, atque exedris absoluta, tot pro illius immunitate, egregios Ec-

clesiæ milites, sub Marianis vexillis diceres dimicasse.

Pater Jldephonsus Briceno *tomo* 1. *in* 1. *libr: senteat proem* : seu prolusione 12. ad controversias Theologicas immediatè ante num: 44 disputat. Cur scholæ Franciscanorum præfectus sit Scotus omissis Alensi & Bonaventurâ? [e] qui ad meliorem vitam transivit tunc ordinem gubernante Reverendo Patre Fratre Gundislao de Vallebona seu Balbona sanctitate & zelo observantiæ non inferiori. Cùm autem dictus Minister Generalis acerrimus fuerit Marianæ Conceptionis propugnator, suique ministeriatûs tempore ultimam horam clausisset Scotus, posthumam sanctiatis famam relinquens præclarissimam; advertendo nullum esse inter sodalitij seraphici primarios magistros, qui pro viribus hoc mysterium non defensaret, non procaci pertinacia, sed innixus fundamentis, quibus solidata mansit sententia à subtili præceptore, mortuo tanto antesignano duce, ne usquam virilissimus deficeret clypeus, de communi religionis consensu in universis fortalitium erexit pro uno defuncto, ut in cunctis, & in uno quoque viveret, qui celeberrimam restauravit sententiam. Ex quo sequitur paucis annis à morte Scoti eum electum scholæ Franciscanæ præfectum, ideo omissâ Alensi & Bonaventuræ scholâ, tota Franciscana Religio Seraphica elegit Scotum in Doctorem Ducem, & Corypheum scholæ suæ, quia iste Conceptionem Immaculatam fundavit, & virilius pro ejus integritate ac indemnitate pugnavit. Unde ad augendam ejus posthumam sanctitatis, honestatis, decoris, honoris, & doctrinæ famam, in disputationibus publicis observatus Romæ (si fides datur doctissimo Pignatellio)

tellio (f) hic præcedentiæ ordo: si inter invitatos ad arguendum aliquis sit prælatus, hic ratione dignitatis est primus argumentator, secundus regularis Thomista, tertius regularis Scotista, vel alterius religionis aut secularis. Si verò prælatus nullus arguat, serventur privilegia concessa à summis Pontificibus præsertim Thomistis & Scotistis repræsentantibus propriam scholam. Unde primus arguens est regularis Thomista, secundus regularis Scotista, tertius ad libitum, nisi fortè, tam prælatus, quàm Thomista & Scotista velit resumere tertium argumentum, quod reputatur specialis honor. Doctores autem seculares etiam actu legentes cùm non repræsentent propriam scholam cedere debent Thomistis & Scotistis. Sed, (ut verùm fatear) parum fuisset Scoto, quòd triumphales de suis æmulis per sublime ac subtile ingenij sui acumen obtinuisset palmas, & victor evasisset; nisi etiam omnium virtutum; famæ, sactitatis, pietatis in vita, Coryphæum egisset. Parum est Doctori subtili sibi obiecta, memoriâ retinere ducenta argumenta, & ejs singulis tanta verborum & sententiarum ubertate, facundiâ satisfacere, arduosq; difficultatis solvere nodos nisi etiam in vim gratitudinis centuplum devotionis ab opulentissima remunctatrice pijssima Maria Immaculatè concepta acciperet fructum, juxta illud effatum. *Qui Mariæ conceptionem jubilando celebrant ejus salubri oratione fructum centuplum sua deuctionis accipiant.* Siquidem Maria ultra acceptum obsequij centuplum reddere solet. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt* Qua de cuasa sicut quemlibet assiduè per Sanctas meditationes, lectiones, orationes, maximè horas nocturnas, diurnasve tùm oblationem sacrificiorū

Deo conjunctum assererem, sic subtillem Doctorem, qui huic studio se devotum indicat *in 4. d. 8. q. 1.* Floruêre licet in animo & corpore Dunsij plurimæ imo universæ virtutes, tametsi (ut in omnibus ferè optimis ac præstantissimus proceribus, sic & in eo) quædam venustius promicuerint. Fidei catholicæ & Apost: Rom: Ioannes Scotus, tanquam columnæ & firmamento veritatis immobiliter innixus permansit si legas ejus *q. 2. Prologi §. de 7. & 4. d, 6. q. 1. §. ad quæstionem* & sexcentos ejus doctrinæ locos, Ideo admirandum in modum satagebat mysteria divinitùs tradita meditari, vestigare, tueri, illustrare, ac roborare: quibus ad bilem motus Io. Balæus apostata schismatis Anglicani sequax, plurima in Doctorem subtilem evomuit maledicta. [g]. Magna lux Scoticæ fidei, quæ non modo Christi fideles illustrat, sed & perfidas hæreticorum noctuas veritatis inimicas, æternum eliminat & absterret. Sed quid unum hæreticum commemoro? omnes Angliæ hæretici in cunctos scholasticos, ut in unum Scotum, in unum, ut in omnes debacchati sunt ut supra diximus. Ignita charitate flagrâsse Ioannem Duns: Antonius Possevinus pius & solers supra adnotavit. Ex hac charitate illa devotio fluit, quam Guilelmus Vorilon strenuus scholasticæ Theologiæ miles *in 1. dist: ultima* in gratiarum actione de Scoto profitetur, quæ longè clarius innotescit ex libro Doctoris subtilis de primo principio, in quo ad Deum veri ac boni fontem invocationibus jaculatorijs anhelantem, amorisq; æstuantem flammâ cujusvis perspicax animus experietur. Rarum ideoque carum narrant plures Doctores, inæstimabilis amoris IESU Sacramentum: nempe nocte Salvatorem

no-

noſtrum in ſpecie parvuli Ioânnis Dunſij aſpe-ctui, oculis, amplexibusq; oblatum eſſe, ſicut ſe Deiparæ obtulit attrectandum. [h] Hiſce Chri-ſtianis virtutibus, quaſi ſtellis rutilans, addidit ſacrorum votorum obſervantiam, quibus ſe, ſuam-que animam, corpus, opes: nimirum obedientiâ, caſtitate, paupertate perpetim obſtrinxit; In his plurima facere, pauciſſima loqui debuit: Ea quip-pe humilitas eſt, omnes acquirere, nullas in ſè virtutes agnoſcere. Mirandum eſt, quàm parca de ſe modeſtiſſimus vir ſcripſerit, ſed quas ille te-cuit innocentiæ, ac probitatis laudes, nos ab hoc humili ſilentio deprehendemus, ut olim Pytha-goras ex Aulo Gellio *lib: 1. noct: attic:* à pede non à capite corporis Herculei proceritatem indaga-vit: ita ſacer ſponſus animæ dilectæ non â ca-pite, ſed à pedibus mirabilibus mirabilem totius corporis pulchritudinem concluſit: ac decorem: ſiquidem inchoat dictione admirativa laudes. *Quam pulchri ſunt greſſus tui!* A ſumma humi-litate feliciter exundat obedientia. Inſigne illud ſpecimen ab Admodum R. P. Magiſtro Ioſepho de Tertijs Bergomen. Viro integerrimo [quo Doctore Logicæ tyrocinium feci] tanquam à majoribus traditum accepi, quod ferè *in 1. ſen: tent d. ult: q. 1.* Gvilelmus Vorilon edifferit. Regens in Pariſiorum ſcholis lectionem Ioannes noſter abſolverat, cùm ej datæ ſunt literæ à Re-verendiſſimo Patre Generali mandantes, ut Lu-tentiâ proficiſceretur Coloniam, ex Regente le-ctor, continuò iter arripuit, & à diſcipulis comitibus interrogatus, quonam pergeret? cur-vè prius fratres in Conventum ſalutatum non iret? Dignam reſpondit Doctore ſubtili ſenten-tiam. Pater Generalis Coloniam ire jubet, non

in Conventum ad ſalutandos fratres ; Imitatus ea in re B. Ægidium Patriarchæ pauperum Franciſci ſocium tertium.

Paupertatis præterea inſignis cultor fuiſſe ſcribitur; habitu vili, nudis pedibus inceſſiſe, ut pauperem Chriſtum pauper ſequatur: [c] unde Ioannes Major loquens de Alexandro Alenſe, Scoto & Richardo à Media villa ſic ait: *Conſtat quòd in itinere, ubi non habebant cœnobia amore Dei, victum, hoſpitium, & tranſitum per oceanum à Britannia in Gallias, & è contra petebant, in grande meritum ſibi, & aliorum ædificationem: Quod viri ſummo Pontificatu digni, digito demonſtrati ob eminentes ſuas virtutes, ſic eleemoſynas non veriti ſunt petere.* Caſtitas quaſi proprius theſaurus celatur, neque enim in actu externo, ſed in actûs negatione conſiſtit cælibatus: Quamobrem acta Scoti de candidiſſima hac virtute referri non poſſunt, tametſi caſtiſſimus appareat ex ijs quæ ſcripſit, *in 4. d. 37. 8. & de 42. q. 1. N.* Igitur ad ſummũ præclarus fuit innocentiâ probitate ſingularis. Innocentia malum propellere, probitate armatus bonum aſſerere ſtuduit, quibus perfectæ juſtitiæ ſumma concluditur, cæleſti Poeta concinente.

Pſalm 33. Diverte à malo & fac bonum.

Innocens Scotus firmiſſimè ſibi perſvaſerat *in 4. diſt. 5. q. 1. & 2.* non creaturam offendi, ſed creatorem offendere præ omnibus evitandum fore quapropter ad culpæ horrorem teterrimum profligandum omninò nihil optandum, eſſe quàm pœnas ſempiternas gehennæ. Præſtantiſſimum dogma charitatis excellentiſſimæ eſt velle potiùs non eſſe, quàm offenſo Deo ſupereſſe. Hac virtute Dunſius potuit, non modo annum, ſed an-

nos multos, Dèi gratiâ juvante mortalem culpam prævertere, quod *in 3. dist: 13. quæst: 2. car: 91. col: 1.* in Scoto non inscitè Petrus Tataretus observavit: ut minus mirum sit, eum homines ad mortem pro veritate, & virtute generosè oppetendam cohortatum esse, qui pro ijsdem servandis non mortali dumtaxat corpore, verùm etiam animâ immortali (si possibile foret) mori, imò etiam in nihilum resolvi, paratus esset. Cæterum de Scoti virtute dispersa dicta in unum quasi sertum coruscantibus gemmis contextum collegit Matth: doctissimus noster Ferchius, dum Apologiæ librum *2. num: 43.* scriberet, quæ in hunc librum transferre mihi placuit. Laudat *Antonius Possevinus* in Scoto eximiam modestiam, charitatem, animi integritatem. *Gulielmus Eysengrenius* fidei Catholicæ professionem, exercitationemq; in divina lege. *Abbas Trithemius* studiosam cælestium scripturarum eruditionem. *Petrus Tataretus* contemptum vitæ. *Chronicum Franciscanum*; paupertatis opulentiam. *Guilelmus Vorilon*: obedientiæ magnam propensionem, *Pisanus* educationem in divino cultu & religiosis sanctionibus: *Epigrammatarius penes Tossinianum.* cælibatûs puritatem, denique *Gonsalvus* scripsit Joannem Scotum vitâ laudabilem; *Philippus à Sossa* morte venerabilem; *Antonius Andraas* memoria benedictum. Omnes agnoscunt ejus in Deiparam pietatem, in Christum & hunc crucifixum, affectum, quem fatetur *in 1. dist: 16. q. 1.* Ex legitimo thoro natum *Vide in 4. d. 25. q. 2.* Item integra valetudine usum, præsertim ab Epilepsia liberum, quam cùm improperet Mahometo *in 1. dist: 45. q. 2.* B. non est verisimile ipsum fuisse perpessum, ut errantes quidam censent. Primùm

quidem

quidem Catholicus & Apostolicus fide fuit, mox religiosus & Franciscanus evasit: nam Franciscus Gonzaga Generalis Minorum Observantium *in lib: de orig: seraph relig: in Scotiam pag: 848.* Franciscanam Religionem ait in Scotiam penetrasse anno salutis 1224. atque ad annum 1400. quatuordecim conventus habuisse: anno demum 1447. Jacobo I. Rege Franciscanos observantes primum conventum Edimburgi in regia Scotiæ obtinuisse. Quo fit, Joannem Duns, qui circa 1300. vitam traduxerit, ex Minor: Conv: familia prodijsse. Ita Matth: Ferch: *cap: 7. in Vita Scoti n. 5. pag: 9.* demum sacer & sacerdos; sicut author tabellæ de Scoti sepulchro pendentis cecinit.

Huic humilis caste Francisci cordula renes
Strinxit, erat sapiens, presbyter officio.

Actis ergo virtutum gloriosè perfunctus Doctor subtilis piè vivens, pietatis præclarissimum Reverendissimi Patris Generalis à Beato Francisco in Minorum religione XV. promeritus est testimonium, in epistola ad Gvardianum Parisiensem, quam legit Petrus Rodulph: Tossian: Episcop: Senogalliæ, cujus nunc fragmentum appono. *Dilectum in Christo Patrem Ioannem Scotum, de cujus vita laudabili scientia excellenti, ingenioq; subtilißimo, alijsque conditionibus suis partim experientia longa, partim fama, quæ ubiq; divulgata est informatus sum.* Quam cæpit vitam eandem prosecutus est ad metam usque (sic piè censeo) donec perseveranti fideliter redderet Christus coronam vitæ. Fama sanctitatis, quam subtilissimus Pater Frater Joannes Duns Scotus post fata reliquit, non solùm colligitur ab epitaphijs [i] ejusdem sepulchri superiùs relatis: à scriptoribus coætaneis uti Bartholomæus de Pisis [k] in libro conformitatum eundem con-

numerat

numerat inter homines Provinciæ Coloniensis, in spe & opinione sanctitatis decedentes. Antonius Andræas [l] affirmat ejus famam & memoriam esse in benedictione: Dermitius Scotus Hibernensis. [m] appellat exemplum perfectæ religionis, & commemorat honores, quos habuit in sua morte: sed deducitur adhuc ex omnibus antiquis annalibus seraphicæ religionis, pertractantibus ejus vitam & mortem, conservatis cum summa veneratione Coloniæ, ubi honorificè fuit sepultum ejusdem corpus juxta scripta in actis. Sic Marianus Florentinus [n] Episcopus Portuensis, Marcus Ulisiponensis, [o] & Philippus Sosa [p] in Franciscanis annalibus referunt.

Quam benè fuit fundata in ordine Minorum opinio sanctitatis Scoti illo primo seculo, immediatè post felicem ejus obitum, probatur quodam immutabili & irrefragalili antiquitatis testimonio adducto à Matthæo Sossa, [q] in vita subtilis Doctoris, impressa ab initio primi tomi supra suos libros sententiarum anno Domini 1629. cujus verba adduco pro testimonio sic dicentis: *argumentum sanctitatis Scoti clarius alijs est pictura unius tabulæ, ubi ejus imago depingebatur cum titulo sanctitatis, in choro nostri conventus S. Francisci exstructo ante trecentos annos, cujus antiquissima permanebant sedes de supra adinstar corona ornata, imaginibus omnium Sanctorum & beatorum Ordinis usque ad illud seculum & ætatem vitâ florentium, ac miraculis in Ecclesia Dei, in singulis autem harum sedium fuerat sanctus quidam, aut beatus depictus, cum inscriptione proprij nominis, in quarum una fuit imago Scoti cum simili titulo antiquorum characterum* : Beatus Scotus. *Et hanc imaginem ego Frater Matthæus Sossa*

jure

jure per Sanctißimum signum Sanctæ Crucis & protestor verbis sacerdotalibus me ipsam vidisse proprijs oculis, & legisse in illa multoties dictum titulum non solùm in choro quando conservabur à prima sui antiquitate, sed etiam postquam à renovatione sui huc primum est translatus, in cella sui sapientißimi Magistri Francisci de Herrera purè scribentis supra Scotum. Quantæ auctoritatis sunt scripturæ antiquæ hoc probat textus *in capite cùm causam, de probationibus*, loquendo de scriptura in columna aut lapide *capite sano 29. q. 2.* ubi Sossa citat alios testes & cap: cum causam verbo: per libros antiquos, & adhuc docent Iansenius, Decius omnesque alij Doctores *in lib: 11 si certum petatur*, Itaqua si illo tempore antiqui venerebantur Scotum uti beatum ipsumque connumerabant inter Sanctos Ordines cum titulo beati, quam ergo ob causam invidiosi hujus seculi se resoluunt ad infamandum Scotum, pro beato ab antiquò existimatum & proclamatum. Hucusque Matthæus Sossa locutus est ad augendam fidem majorem sui magistri. Si tamen non sufficeret ad exornandum ejusdem gloriæ statum una solùm imago, adducuntur aliæ ex partibus vicinioribus Florentiæ & in Conventu Minorum de Observantia, ac etiam in Conventu Minorum Conventualium, ubi est Sanctum inqui sitionis tribunal, [r] reperitur una imago Scoti depicta cum aureola & radijs insignijs beatorum. Et cùm fuerint conservatæ hæ picturæ, post decretum Urbani prohibentis depingi tali modo illos, qui non sunt beatificati, evidenter & clarè videtur decretum invenisse Florentinos in possessione antiquissima pingendi imaginem Doctoris subtilis cum his insignijs beatitudinis.

Nec est testimonium minus efficax hujus antiqui

qui *conceptûs*, cultûs, quem homines docti in terris subtilissimo exhibebant Scoto. Gilbertus Brunus [s] Cistercienfis, Abbas Dulcicordiensis affirmant Scotienses Dunfrisij eundem venerari pro sancto, & celebrare ejusdem festivitatem cum officio Ecclesiastico. De Jacobo Bargio Theologo Concilij Tridentini refertur. (t) eundem omni die facere Ecclesiasticam Commemorationem Confessoris non Pontificis, sic invocando ejus intercessionem ante Divinam majestatem. Matthæus Sossa assirmat in multis Provincijs à septemtrione eundem coli uti beatum. [u] Arturus Monasteriensis in martyrologio Franciscano [x] ponit ejusdem memoriam Octavâ Novembris. his verbis: *Coloniæ B. Scoti ob eminens ingenij acumen vocati Doctor subtilis, qui ornatus, pauper pate, sanctitate vita, pervenit ad suorum dierum metam.*

Non sunt tamen solùm Franciscani illi qui venerantur Scotum titulo sanctitatis. Erardus Vinchein. [y] Carthusianus absolutè denominat sanctum. Eratepolius (z] adscribit sanctis. Thomas Dempster [a] ipsum numerat in Cathalogo sanctorum. Egrdius Bucherius [b] Soc: JESU eidem tribuit titulum Beati. Fraciscus Bivarius [c] eundem appelat magnum ob ejus merita in regno cælorum. Dominus Anton: Ponce Sanctæ Crucis [d] Abbas, confitetur non esse minus illustrem sanctitate, quàm subtilitate scripturæ. Georgius Conæus [e] vocat celebrem innocentiâ vitæ & morum. Baldinus Junius [f] ipsi attribuit textum proverb: *beati qui custodiunt vias meas, beatus homo qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei:* de prædicando beatitudinem Scoti eò: quòd invigilaverit quotidie ob defensionem purissimæ Mariæ

custo-

custodiendo limina ipsius primi ad vitam ingressus ut esset immunis à transitu venenosi serpentis. Michael Oyer Augustinianus hunc ponit titulum in oratione encomiastica [g] sanctitatis vitæ & Divinæ sapientiæ] Ioannis Duns Scoti Doctoris Mariani ac subtilis, inflectitq; ipsius metam recogitando quantùm sanctè vixerit & mortuus est. Inter elogia quæ celebrant ejusdem sanctitatem, unum est illud [h) *in veritate multos judico fuisse inscriptos Cathalogo sanctorum, tamen difficiliter invenietur, qui monstraverit in vita sua æqualia sanctitatis signa*; Et plus in ferius dicit: *certè si sepositâ parum à sinistro affectu nube voluissent ipsi contrarij admirari Scotum, cum attentiore intellectûs visione, invenirent, qui vixerit totâ suâ vitâ non uti homo, sed uti unus Angelus.*

Hucusque narratis non prætendo etiam per umbram animare, ut Scoto cultus aliquis Ecclesiasticus detur; nec ut depingatur ejusdem imago cum aureola aut radijs sanctitatis, insignijs aut ei attribuatur titulus sancti aut beati, imo potius reflecto me semper supra sententiam Lucæ Wadingi viri doctissimi & Chronologi seraphi Religionis disertissimi [i] qui judicat in hac materia procedere cum magna maturitate, reflexione animi, operari cum prudentia, & incumbere juditio S. Romanæ Ecclesiæ observando *ad literam* eiusdem decreta sine experimento rei temerariæ in negotio intra omnia alia gravissimo: sed solùm prætendo promulgare famam sanctitatis, quam sua morte semper possidebat Doctor subtilis & conceptûs; quem homines docti & pij fecerunt de ejus sancta vita, eminentibus virtutibus, ac felicissima morte, qui sic magnus & illustris extitit: ut ipsos obligaret ad promovenda præclara, testimonia.

Ad

Ad confirmandum tam sublimem conceptum nec deest probatio miraculorum, quibus majestas Divina post obitum servorum suorum solet testari eorum gloriam. Multa operatus [k] Deus ob merita Ioannis Scoti, quibus permotus excellentissimus princeps Dominus Franciscus Cajetanus, Dux de Salmone singularissimus devotus erga Doctorem subtilem, solicitabat ejusdem Canonicationem [l] ut refert Matthæus fossa, sed hæc veritas sine gravi authoritate statui non potest. Hic adducendum censeo Patrem Lucam Wadingum [m] (cujus veritas, exactio, & diligentia in historijs, sunt tam celebres quàm ejus nomen celebre est) sic dicentem. *Ego in veritate cognovi his temporibus reperiri multos nimis in varijs partibus præcipuè in regno* Neapolis *(ubi scripsi longiùs & fusius ejus vitam, quam hic transtuli) qui cum magna devotione & confidentia invocant nomen subtilissimi Doctoris Scoti, & non absque fructu; cum narrant se experiri ejus auxilium in varijs necessitatibus & ægritudinibus. Vidi multa testimonia authentica authoritatem habentia à subscriptionibus & sigillis* Notario*rum, in quibus multi homines diversorum statuum & ætatis confitentur se recepisse dona sanctitatis cœlestia. & alias gratias ob merita & invocationem Doctoris subtilis Scoti. Testantur eundem liberasse multos à varijs infirmatibus, alios à periculis & specialiter mulieres parturientes. Affirmant etiam juramento facto cum solemnitate legis in litibus gravioribus & controversijs oppo-*

feli-

sitionibus longioribus propitium fuisse. Vicit ipse felicissimè litem, quam ad innocentiam virginis assumpsit defendendam devotionis causâ & sic non est mirum alijs in honestis prætensionibus eundem succurre advocatum. Multi illorum exauditi ad invocationem subtilis Doctoris manifestant suam gratitudinem certis donis oblatis in signum prodigij tabulas, & laminas magnas argenteas, offerendo, quas meis palpavi manibus, & hæ conservantur ut suo oportuno tempore in lucem prodeant. Longè latèque spargitur modò subtilis Doctoris gloria & præcipuè cum Divino consilio transfertur in illud tempus, in quo aliqui tentârunt ponere insidias ejus famæ & obscurare celebrare nomen atque doctrinam. Quid enim cum illo, quem Rex Regum honorare desiderat? eò minori contentoone animi eundem calumnia opprimit, quò majori solicitudine reassumit Deus patrocinium tuendi ejus honorem. Verè illud obsequium quod fecit Matri Dei, privari non potuit condigno præmio, imo uno eodem tempore privilegium Mariæ Virginis defensum à Scoto, & honor ejusdem miraculosè, sparsum suum gloriosum recipiunt augmentum. Honoravit Matrem Dei, & est ab ipsa honoratus, in vim mutuæ ac reciprocæ correspondentiæ. Hucusque discursum facit Wadingus. Sperò quod crescente devotione erga Doctorem Marianum, crescent etiam miracula, præcipuè ob defensionem justam oppositionum: atque litium, ob quam concesit ei Deus specialem gratiam.

a *Ioannes Bonifacius Bagatta Veronensis in suo opere de admirandis orbis christiani Cler: Reg: The at: Wading: Matth: Ferch de vita Scoti cap. 5. p. 24.*

b *Thomas Francez Conc: 1. sub tit: Clypeus Franciscanus pro Immaculata Concepti & pro subtili Doctore Ioanne Scoto.*

c *Ioannes Antonius Velasquez loco sup.* cit: apud Thomam Francez: Pelbart: lib: 1. art: 3. Salazar ibidem.

d *Antonius Possevinus Soc: Iesu in sacro apparatu.*

e *Pater Ildephonsus Briceno, tom 1. in lib: sentent: proem: seu prolusione ad controversias Theologicas prolus. 12.*

f *Pignatell: tom: 4. consult: 12. num: 81. p. 52. num: 81.*

g *Andreas Thevet: in Scoti vita, Steph: Broelmen in suis hist: schedijs.*

h *Philip: de Sessa in chronicis Minorum lib: 32. parte 2. cap: 7. Ioannes à Pola in prim: senten: Paulus Berti Augustin: in vita Scoti ante quatuor sententiarum libros Venet: impressa 1617. Gregorius Ruis in epistola ante commentar: in quatuor sentent: Scoti: Anton: Cucharus Episcop: Acernen: in lucidario Virg: parte 2. Christophorus Morenus de puritate Virginis cap: 4. §. ultimo.*

i *Supr: in hoc lib: c. preceden.*

k *Bartholom: Rians lib: 1. conf: 11. fructu 11. Agens de Prov: Colon.*

l *Ant: Andrea ad calcem comment: in 12. lib. metaph.*

m *Dermicius Scotus Hibernensis in epitaph: Scoti de quo Alphonsus Bryz & Ioan: Pont: in suo Scoto Hyberm. restituto.*

n *Marian: Florent: lib: 8. sua histor: c. 15.*

o *Marcus Vlisipon: in chron: Franc: 2. p. lib: 7. cap: 3.*

p *Philip: Sossa in chronic Franc: p. 2. lib: 3. c. 7.*

q *Matthaus Sossa in vita Scoti prafixa suo primo tomo in 1. sent. §. 4. de sanctitate & miraculis Scot.*

r *Refert post decretum se vidisse Vrbani VII. Alphons: Briseg: in vita Scoti §. 10. num: 10.*

s *Gilbertus Brunus in sua hist: Ecclesiast: & ex eo Thom: Dempsterus in Apolog: Scotorum.*

t *Refert Wading: tom: 3. Annal: ad annum 1308. num: 43.*

u *Matth: Sossa in vita Scot: §. 4. cit.*

x *Martyroli Franc: 8. Noveb: & in comment: §. 10. ait: Scotum cum magna sanctitatis opinione Colonia ob dormisse in Domino.*

y *Erard: Vinheix, in sacrario Agrippin.*

z *Petrus Cratepolius lib: de S. Germ.*

a *Thom: Dempster in Apolog: Scotorum.*

b *Egid: Bucherius in chronic: ad 2. p. hist: de gest: Pontificum cum Leodiensium ad annum 1308.*

c *Franci Bivarius in censione quaest: Scot. in lib: de anima.*

d *Anton: Ponce sancta Crucis in Pralectionibus Vallisolet: cit.*

e *Georgius Conaus tractatu de duplici statu Relig: apud Scotos lib: 2. ad annum 1300. in Rob: Brusio Rege Scotia.*

f *Balduin: Iunius in chron: morali p. 4. ad annum 1308.*

g *Oyer orat: encom.*

h *Idem folio 13.*

i *Wading: in vita Scoti cap. 14. num: 63.*

k *Idem Wading: cit.*

l *Matth: Sossa in vita Scot; §. 4.*

m *Va-*

m Wading: tom: 3. Annal: ad an: 1308. n. 48.

CAPVT XI.

In quo describuntur revelationes gloriæ Doctoris subtilis Mariani.

INter media, quibus providentia Divina declaravit rectam vitam & felicem mortem subtilissimi defensoris originalis innocentiæ Angelorum Reginæ, tenent primatum [a] revelationes particulares, quas à sua gloria contulit personis sanctitate & spiritu devotionis probatis, ex quibus etiam huic operi volo coronam imponere. Sunt illæ celebres, quas mediante S. Gabriele Archangelo habebat Beatus Amadæus Lusitanus homo prodigiosæ austeritatis, & longevæ vitæ, contentas in suo libro intitulato *nova Apocalypsis*, & manuscripto altero usitatissimo ad expositiones, ab eodem composito. Is levatus à terra semel magnam vidit majestatis Divinæ eminentiam, cui omnes legiones spirituum, animæque beatorum in glorioso assistebant circulo, visâque tantâ prodigij excellentiâ, de corona assistentium, Gabriel Archangelus revelavit ei mysteria, ac dictavit, ejusque servorum gloriam, quæ singula à suo dictatore accepta, specialiter in proprio libro connotavit, octo raptibus extaticis confirmata. In quorum uno, instreundo eum Paranymphus secreta SS. Sacramenti, dixit ei: *intelligat de ipso secundum modum quem scripsit unus Doctor tui ordinis qualis est sanctitate plenus? cùm fuerit primus, qui gladium sumpsit pro Conceptione Immaculata?*

lata? & tunc in illa gloriosa Beatorum corona, quasi digito monstraverit ei Fratrem Joannem Duns Scotum defensorem puritatis originalis Mariæ. Jn alia exstasi loquens Archangelus de mysterio SS Trinitatis ostendit ei, in illa felici familia S. Augustinum, S. Thomam de Aquino & Scotum, facta illi tanta narratione: hos duos accepisse id quidquid scripsère circa hoc mysterium, principaliter illum Beatum. Jn eadem exstasi tractans Angelus de Eucharistia monstravit illi in Beatorum ordine subtilem Doctorem Scotum coronatum beatitudinis diademate, & circum tempora ornatum aureolâ Doctorali, cujus gloriam discursivè explicans sententiosè ait: *noster amicus qui à Regina est nimis amatus, eò: quia publicè eam defenderit.*

Sed quia contra hunc librum opposuerunt aliqui ex æmulis immanem invectivam, notando multas propositiones censuratas horribiliter, expedit, ut prius veritatem ejusdem scripturæ inquiramus ad convincendos æmulos, hac in parte humanitati injurios. Quod si bene nostri Annales fateantur, multæ copiæ hujus libri remanent in parte vitiosæ, attamen Lucas Wadingus [b] & Petrus de Alva, per easdem copias ab illo productas summâ evidentiâ convincunt propositiones ab his æmulis censuratas, aut esse suppositas, aut fictas in sensu illorum: & probant cum claritate singula veritati consonantia in libro Amadæi, atque hac ratione ab eisdem censuratas, quòd non sint conformes doctrinis eorum scholæ, benè tamen sunt conformes Catholicissimorum Doctorum, sicuti etiam Jllustrissimus Brisenius demonstrat. [c] Jtaque ut cognoscatur auctoritas inclusa in hoc libro à virtuosis hominibus, obser-

vanda

vanda est approbatio illi data. Generaliter tenet approbationem Eminentissimi Francisci Quignonis Generalis Franciscanorum, postea Cardinalis S. Ecclesiæ, [d] qui cum æstimatione magna ex Italia portavit unam ejus copiam in Hispaniam: tenet eandem ab Eminentissimo Alphonso Manrique Cardinali, Archiepiscopo di Siviglia, & Generali Inquisitore Hispaniarum: [e] qui curavit eundem librum examinare à Theologis maximæ virtutis & notæ, nihil tamen invenit, quod sit censurâ dignum. Tenet eandem à S. Petro de Alcantara, [f] qui in una copia conservata in Collegio Bonaventuræ Barcellonæ eandem confirmavit suo notatam nomine cum subscriptione manûs propriæ. Tenet à suo coætaneo [g] Antonio Ortiz homine sanctitate & virtute præstantissimo [h] prout affirmat S. Petrus de Alcantara. Tenet etiam a Paulo Morisio, [i] qui fatetur prædictum librum legisse cum magna sua spirituali consolatione. Et finaliter ipsam tenet Didacus Nissenus [k] & D. Ant. de Leone, qui legendo attentissime illos raptus impressos in Bibliotheca Virginea affirmat, nullam esse in ipsis materiam, quæ non spiret sapientiæ odorem & gratiam Spiritûs Sancti. Jn particulari postmodum allegant reverenter ejus revelationes, [l] Jllustrissimus Dominus Franciscus Sossa Generalis Minorum Conventualium postea Episcopus de Osma: Dominus Joannes Seranus Episcopus de Accerra in Regno Neapolitano, Petrus Canisius: Petrus Galatinus: Ægidius Præsentationis: Franciscus Vivarius, Antonius Daza: Wadingus & alij multi. Multi etiam transtulerunt plura & impresserunt cum magna æstimatione in suis libris fragmenta hujus novi libri intitulati *Apocalypsis* [m] Do-

ctor Hieronymus de Hormachea Guerrerus · S. Ecclesia de Siviglia in sua informatione ad Sedem Apostolicam pro Immaculata Conceptione Virginis. Doctissimus P. Eusebius Nieremberg:, eruditus, Hippolitus Marratius: Frater Petrus de Alua & Astorga in sua Biblioteca Virginea. Ultimatè revelationes gloriæ repertæ in hoc libro sunt approbatæ & recognitæ per legitimas declarationes B Amadæi à patribus [n] Ludovico Manganello, Matthæo Ferchio, Dermicio Thadæo, Luca Wadingo, ab Episcopis Hugone, Magnesio, Alphonso Brigen, & maximè omnium ab eloquentissimo Michaële Oyero, [o] qui postquam has revelationes attulerit sic exclamat. *O Augustißima Regina hominum & Angelorum, nonne explevit usque ad summum cum insignijs sanctitatis gradum, ille qui defendit in refutatione maculæ originalis? nonne coronatur præmio immortalitatis constantia & candor vitæ illius, qui in omni cursu suo, cum integritate tibi servivit, te honoravit tanta firmitate & te amavit tali fervore? nonne est adornata corona gloriæ sapientia illius, qui sine dubio à te fuit magister factus? nonne gaudet privilegio eminentia, titulis illustribus, qui passus est ob defendendam tui causam tot in vita molestias, & in morte tot calumnias! verè ego scio, & hoc omnibus manifesto.* qui te inveniet inveniet vitam & hauriet salutem à Domino *Verè ego scio & verbis liberis id pronuncio*, qui te elucidat vitam æternam habebit. *Verè ego scio, & in præsentia omnium confirmo, quòd ille qui tuam profundißimam humilitatem sequitur, tantùm à Deo existimatam (sicuti adamußim quasivit imitari eandem discipulus venerator ac amicus tuus) in fine habebit te, & gratiam tuam pro præmio æterno.*

Hucus-

Hucuſque Oyerus, cum quo remanet qualificata non ſolùm perſona, verum etiam & ſcripta Amadæi.

Eſt adhuc quædam revelatio moderna & recentior. Floruit elapſis annis multis in Conventu S. Claræ civitatis de Burgos in Hiſpania [p] V. Mater Joanna Roderica bene probatæ perfectionis, miraculoſum exemplum in ſua vita omnium ſtatuum muliebrium, Virgo caſta, maritata obſequioſa, vidua patiens, religioſa exemplaris. Martyr in juventutis flore ſub aſpera ſui ipſius mortificatione, martyr in matrimonio ſub crudelitatibus ſui ſponſi, martyr in ſtatu viduitatis ſub ſagittis amoris divini, qui dedit ei ſubire dolores paſſionis. Hæc Venerabilis ſponſa Chriſti in revelationibus ſuæ vitæ [q] quas ſcripſit obedientiæ voto ſtricta, refert inter alios favores, ipſi oblatos à Domino, unum fuiſſe, ſcilicet quòd deſcendit cum S. P. N, in purgatorium die feſto Portiunculæ cauſâ educendi animas, quas illi Deus concesserat liberandas retulitq; illud quòd in viſione imaginaria videbat, dicens deſcendiſſe ſeraphicum Patrem cum quodam ſigno aut vexillo, cujus inſignia erant, ex una parte Paſſionis Chriſti Remdemptoris noſtri, ex altera imago Conceptionis Immaculatæ B. V. Mariæ. & veniſſe ad functionem hanc aſſociatum ſubtiliſſimo Scoto defenſori originalis innocentiæ Matris Dei; qui ſapere plurima didicit, quòd elevatam viderit gloriam in ſocietate ſanctorum vi meritorum Patris ſui ac Patriarchæ Franciſci ſeraphici. Tenet viſio mirificam conſonantiam & concordantiam, dieſq; feſtus Portiunculæ dedicatus conſecrationi Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum, quam reparavit S. Pater Franciſcus [r] in declarationem, quòd

per manus filiorum suorum reparatura erat Mariæ puritas vivum templum Dei & tabernaculum SS. Trinitatis, & quod concessæ gratiæ omnes ex speciali respectu defendendi hujus mysterij, emanant hac die. Sed ut etiam non patiatur hæc revelatio injuriosam censuram, [s] quæ privilegio descendendi in purgatorium nostri Patris Francisci ad educendas animas contulit æmulationem aut ignorantiam in quodam communi libro, prævenienda est ipsius defensio. Quòd concedat Deus aliquibus sanctis hanc prærogativam non est extra activitatem ejus omnipotentiæ aut terminorum, nec est modus facilis cognoscendi per qualem doctrinam Ecclesiæ & Sanctorum Patrum, possit habere etiam apparentem oppositionem talis gratia? sed quòd elevaverit cum hoc privilegio Seraphicum Patriarcham, hoc probat una revelatio relata à V. Bartholomæo de Pisis [t] libro conformitatum, ab Episcopo de Porte [u] Marco Ulysip: & ab antiqua traditione totius Ordinis, ubi apparet in multis picturis hic descensus nostri Patris Seraphici in purgatorium expositis lumini totius orbis in ejusdem Conventibus. Quod si Deus concesserit talem gratiam alijs suis sanctis ut narrant scriptores integritate fidei pleni, quare eandem non poterat concedere Francisco Seraphico? Narrat S. Gregorius Turonensis [x] inclitum protomartyrem S. Laurentium educere unam animam omni die veneris ex purgatorio. S. Antonius Archiepiscopus Florentiæ refert [y] esse visam unam animam Fratris Minoris transeuntem per purgatorium educentemque duas alias ex illis pænis suorum pænitentium & portantem easdem ad gloriam secum. Scribit Pater Leander Dominicanus [z] per merita Alberti

Magni

Magni exijſſe ſex millia animarum de purgatorio. Surius refert [a] Beatam Coletam ſcandentem cælum multas ſequi animas per ejus merita de pænis purgatorij libertas. Dat glorioſam idem Surius relationem [b] Ludvinam adhuc viventem fuiſſe portatam ad locum temporalium tormentorum, & liberaſſe à pænis graviſſimis animam cujuſdam ſacerdotis. Ergo illud quod conceditur multis & attribuitur, cadet in dubium de ſolo Franciſco. Fateor ſincerè cum doctiſſimo [c] Luca Wadingo me non poſſe cognoſcere, qua viâ ingredi potuerit æmulatio cenſurandi hoc privilegium noſtri Patriarchæ Sanctiſſimi. Itaque poſito firmiter ad erectionem ædificiorum fundamento, ponitur etiam & fundatum firmiſſimum revelationis hujus ſpectantis ad gloriam ſubtilis Doctoris Scoti. Et hæc de Criſi Apologetica hiſtorica & morali Doctoris ſubtilis Scoti ſcribere ſufficiant, ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis, Beatiſſimæque Virginis Mariæ Immaculatæ Conceptæ, S. P. N. Franciſci, omniumque Patronorum Ordinis Minorum, ad honorandam, condecorandamq; famam poſthumam Theologi ac Doctoris Mariani, [d) & ad utilitatem animarum In quo Eccleſiæ ſanctæ Romanæ cenſuræ libentiſſimè, & alijs meis operibus, tanquam verus ejus filius, me ſubmitto.

a *Revelationes referunt Ludov: Mangavell: Ferch, Dermic: Thad:* Wading: *Brizeg: Oyer: infr: cit:*

b Wading: *in Annal tomo 7. ad ann: 1489. à num 50. Petrus de Alva in ſua Bibl Virg: t. 1. à fol:* 661.

c *Briz: in Vita Scoti S. 11. à num 44. latè.*

d *Teſtatur B. Petrus de Alcant: apud Brizeum cit: n. 555.*

e In eadem attestati S. Petri de Alcan:

f Ad lucij Briz: cit: n. 154. authen testim attestationum S. Petri de Alcant:

g Refert idem Sanctus ibidem.

h Gonz in chron 3. p. in Provinc: S. Gabrielis Convent: Xerestr.

i Paul morif: ex Iesut de orig: Relig: fol: 314.

k Apud Petrum de Alva in Bibl: Virgin: tom: . fol: 661.

l Francisc: fossa in opusc: tract: 3. folio 120. Ioan serran: de lib: 2. c. 12. n. 21. Pet. Canis apud Passevin: in apparatu sac: in Amadao. Petrus Galat in Apocalipsi Ægidius de presen: libi 2. de Conc: q. 4. artic: 7. §. 4. n. 62. & plures alij hoc loco citati

m Hieronym. Hormach in Cant. Prologom 2. fo. 199. Ecclesia Hispalensis in infor: ad sanctissim: pro Immaculata Virginis Concept: anno 1615. Euseb: Nieremb: de orig: sacr scriptur: lib: 2. cap: 14. & lib: 11. c. 9.

n Lud: Manganel in vita Scoti præfixa 1. Tomi ejus in Cant: apud 1. sent: Ferchi Thad: Wading: & alij

o Michael Oyerus orat: Encom: pro Scoto fol: 30. in fine

p Ex libro vitæ ipsius venerab: Matris Ioanna Roderica manuscripto per R. P. F. Ioannem Bapt: de Loyola Minorita & ex alijs instrumentis autent. Archivij Conventus S. Francisci Burgens obijt 1650.

q Extant in processu originali, & ipsius venerabi matris manu exarata servantur in Archivio Franc: Burgensi.

r Vide supra lib: 3. c. 10.

s Nicol: Eymericus in suo Direct Inquisit. p. 2. q. 11. in fine, & ex eo Bzovius ad an. 1372. n. 30.

t Bartol. Pisanus lib: confor: p. 29 conform: 3.

u *Marc: Vlysipp: in chron 2. p. lib 4. c. 29.*
x *S. Gregor: Turonensis serm: de laudibus S. Laurentij*
y *S. Antonius tit: 24. cap. 91. §. 11.*
z *Leand: Alberti in Vita Alberti Magni.*
a *Surius 6. Martij in Vit. Beatæ Coletæ:*
b *Surius 14. Aprilis in Vita Lidew: Virg: p. 3. c. 2.*
c Wading: *Annal: t. 4. ad ann: 1371. n. 28.*
d *Mich: Oyr Aug: orat: encom fol: 2, 1. dicens Doctor Marianus uno ore prædicatur.*

Menda (*sic*) *Emenda*

in eat	*pag:* 3.	inest.
religiosum Seraphicæi	13.	Seraphicum
despotica	15.	dispotica
scripturaram	16.	scripturarum.
pedimus	18.	pedibus
Seriphino	19.	Seraphino.
demon	*ibid:*	dæmon.
anonimus	49.	anonymus.
adde	*ibid:*	Magistrum, versu 27
effosa	65.	effossa.
junitoris	75.	juncturis
Claviditur	77.	Clauditur
Corypheum	84.	Coryphæum.
remunctatrice	85.	remuneratrice.
præstantissimus	86.	præstantissimis
tecuit	87.	tacuit
Lutentiâ	*ibid:*	Lutetiâ
conservabur	93.	conservabatur.

Men-

Menda (*sic*) *Emenda*

Canonicatione	*pag.* 95.	Canonisationem
mnultos	*ibid.*	multos.
propitinm	96.	propitium
patrocimum	*ibid.*	patrocinium
æmuilis	100.	æmulis
examinare	101.	examinari.